



100 +

M  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.





Q. F. F. Q. S. 13  
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE

ARBITRIIS FAMILIÆ  
ERCISCUNDÆ,

*Bon*  
Theilungen;

PRÆCIPUAS EORUNDEM, SECUNDUM JUS  
ROMANUM ET MODERNUM, IN PRIMIS WURTEMBERGICUM, DIFFERENTIAS OSTENDENS,

*AC*  
SELECTIORES QUASDAM QUÆSTIONES RESOLVENS.

*Quam,*  
MODERANTE SUMMO RERUM HUMANARUM ARBITRO,  
JUBENTE ILLUSTRIS JURECONSULTORUM ORDINE PER-  
ANTIQUÆ HUIUS EBERHARDINÆ,

*21* PRÆSIDE  
VIRO PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO  
atque EXCELLENTISSIMO,

DNO. MICHAELE GRASSO,  
Jcto, Pandectarum & Sanctionum Criminalium Professore.

Publico longe Celeberrimo, Illustris Collegii Assessore Gravif-  
simo, Serenissimi Ducis Wurttembergiæ Consiliario dudum meritissimo,  
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO OMNI PIETATIS AC  
OBSERVANTIÆ CULTU PROSEQUENDO,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure honores ac privilegia Doctoralia rite consequendi,  
d. Maji Anno MDCCXXVIII. 1728

publico eruditorum examini submittit

AUTOR,

PHILIPP FRIDERICH JÆGER, Schorndorffensis,  
Summi Appellationum Tribunalis Wurttembergici Advocatus.

—————  
TYPIS VIDUÆ HIOEI FRANCKII.



DEO,

PATRIÆ,

PATRONIS

ET

AMICIS.





( 3 )

---

7. N. D. N. 7. C.  
DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS  
DE  
ARBITRIIS FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.



igna esset, B. L. quam hac Dissertatione Prefatio delibandam sumimus, materia, quæ illustrius nostroq; feliciter exerceret ingenium: eademque tam insimul est fecunda; ut nonnisi pauca, ab aliis vix hæcenus tacta, pro nostri instituti ratione, ex amplissimo campo decerpere nobis licuerit; nec hoc auro; nisi malleus, cum eorum, qui hujus rei nobis auctores extiterunt, voluntati sumus obsecuti, doctrinam in nobis desiderari, aut prudentiam, quam requiri pietatem, ac parendi promptitudinem: quam à te, B. L. juxtaque nostrum tibi quoque placendi studium haud improbatum iri, confidimus: cum rem non possimus, voluntatem tibi interrim emensuri: manumque jam operi admoturi; haud quidem perficiendi spe, sed experiendi voluntate. Faxit Deus feliciter!



## Tractatio.

Differunt  
Arbitria  
Familia  
erciscunda  
Romana &  
moderna,  
inprimis  
Wurtem-  
bergica,  
I. Nomine,  
Romano,  
Teutonico.

## S. I.

**D**E differentiis arbitrorum familiae erciscundae Romanorum atque nostrorum disputaturis initium faciendum est à nomine; Apud Romanos enim proprio nomine arbitria familiae erciscundae *l. 17. C. fam. erc.* hoc est, *judicia l. 3. C. h. t. bonorum l. 14. C. fam. erc. conf. Terent. Heaut. Act. 5. Scen. 1. v. 36.* ex hereditate communium dividendorum; Cl. Heinnecc. *Antiquit. Rom. ad Lib. 3. Instit. ut. 28. §. 7. l. 8. C. h. t.* quive haec iudicia exercebant, arbitri familiae erciscundae, *l. 43. l. 52. §. 2. ff. fam. erc.* seu addicti de hereditate dividenda iudices *l. 59. §. f. ff. ad Sc. Trebell.* appellabantur. Germanis vero plerumque vocantur *theilungen*, Staur. Hamburg. *P. 2. ut. 11. art. 11. Carpov. 7. F. P. 3. conf. 15. pass. Erbtheilungen*, *Mev. P. 2. Dec. 21. Würtemberg. Landr. P. 3. t. 23. §. nachdem. Erbs* *Vertheilungen*, *B. D. D. Harppr. Conf. nov. 58. num. 184. Abtheilungen*, *Rescript. Duc. Würtemb. d. 1683. pr. die Schicht und Theilung*, *Hoppe Comment. Instit. p. m. 548. Erbhuhdigung und Vergleichen*, *Nov. Constit. Württ. 13. §. 2. n. 7. Eslingenes iisdem nomen fecerunt Einungen: Galli partages nominant, Argent. & Chassan. ad Consuetud. Britann. & Burgund. tit. de successions & partages: ex qua appellatione barbara vox partagia nata est. Argent. ad Conf. Britann. ut. 22. art. 526. n. 15. & pass. Arbitri autem nostri *theil- und Waisen-Richter*, eaque, quae ipsi conficiunt Concilia, *die theil- und Waisen-Gerichte*, *B. D. D. Harppr. Conf. nov. 58. num. 188. Conf. 58. n. 185. Conf. Tubing. 252. n. 3. & 4. vel saltem theil-Richter*, *W. L. N. P. 3. t. 25. §. und weilen. seu deputati superioris; B. D. Lauterb. exerc. 20. concl. for. 9. Eslingæ ab officio Einiger, Stutgardiae à numero Hünffer cognominati: ubi & aliud curiae Ducalis collegium hactenus vigit, quod der Tutelar-Rath appellari, atque officio der Waisen-Gericht adversus eos, qui solius aulae vel curiae Ducalis jurisdictioni subsunt, fungi, ac ejusmodi quoque in causis iudicibus inferioribus rescribere, consuevit.**

II. Defini-  
tione Ro-  
mana.

Possunt porro arbitria Juris Romani ita forsan describi: quod sint iudicia de rebus hereditariis, corporalibus maxime, ex æquo & bono



bono dividendis, atque personalibus præstationibus ex hæreditatis communione venientibus, inter hæredes, quibus de bonis partiendis vel continuanda communione haud convenit, olim coram arbitris datis, deinceps autem apud ipsos magistratus exercenda. Hodie autem potius fere est, ut vocentur actus, quibus bona hæreditaria pluribus hæredibus ex legis vel hominis dispositione aut conventionione communia legitime dividuntur, suaque unicuique pars transcribitur.

nostra,

## §. III.

Jure Romano vix est, quod dividas hæc arbitria: nisi quod III. Divisio-  
 alia testamentaria, alia legalia, alia paterna appellari possint, si nimum ne, secun-  
 rum arbitri partes faciant sive testamento, l. 33. ff. l. 10. l. f. C. fam. erc. si- dum Leges  
 ve lege, l. 2. pr. ff. cod. sive legitima parentum voluntate l. 39. §. f. in divisiones  
 ff. h. t. Nov. 18. c. 7. quacunque l. 20. §. 3. ff. l. 16. l. 26. C. fam. erc. testameta-  
 ubi Brunnem. Harppr. ad §. 3. 7. de test. ord. n. 205. §. 9. expressas: qui- rias, legales,  
 bus deinceps novissime etiam nonnulla conventionum genera accessio- &  
 runt: Magnif. Dn. Præses Collat. Jur. Civ. R. cum Recc. Imp. P. I. quoad paternas;  
 material. Process. Sect. 5. §. 1. seq. Nostisque insuper moribus divi- Et  
 siones hæreditatum aliæ sunt judiciales, quæ ab ordinario judice, li- Mores ho-  
 te rite disceptata, dictaque ea de re sententia, fiunt: aliæ vero extra- diernos; qui-  
 judiciales, quæ intervenientibus saltem magistratus deputatis, sine judicii fi- bus accessio-  
 gura, expediuntur; utraq; tamen publicæ. Harppr. Conf. 58. n. 266. runt.  
 §. 9. Aliam porro priorem & socialem vocamus, Rescr. Duc. W. 1683. I.  
 §. 3. Harppr. d. C. 58. n. 28. §. 9. qua bona conjugum communia ab pactitia; &  
 invicem separantur; Joh. Voet. tr. de fam. erc. c. 4. n. 1. aliam vero po- dividuntur in  
 steriori seu hæreditatis, Die Erbtheilung, qua ipsa hæreditas divi- 2.  
 ditur: d. Rescr. & Harppr. d. l. n. 29. Magnif. D. D. Schvveder, Pa- judiciales  
 tronus ac Præceptor noster omni observantia de venerandis Diss. ad remedi- &  
 L. 3. C. commun. utr. judic. §. 28. Lauterb. de Dot. Collat. resol. 1. §. 6. extrajudic-  
 n. 17. cumque inter cohæredes sunt uxores; vel aliæ personæ, qui- ciales.  
 bus collatio haud fit, post institutam inter has divisionem alia adhuc 3.  
 fieri debet, inter eos hæredes, qui sibi invicem conferunt. d. Rescr. & primam,  
 Harppr. C. 58. n. 47. §. 9. Denique nihil est frequentius, quam no- secundam  
 stras divisiones in eventuales distingui, & reales. Illas appellamus &  
 eas, quibus manentibus apud hæredum aliquem bonis portiones tan- tertiam.  
 tum hæreditariæ unicuique assignantur, ac describuntur, id quod tum 4.  
 A 3 max-



&  
reales.

maxime fieri solet, cum alterutro conjugum mortuo superstes bona usufructus jure retinet: *W. N. P. 4. t. 9. Rescr. Duc. 1724. d. 24. April.* has vero, cum non assignantur solum singulis hæredibus suæ portiones, sed & pleno jure ipsis vel legitimis administratoribus traduntur. Quamvis hæc magis nomina, quam ipsa res Romano juri in solidum incognita fuisse videantur. *Lauterb. Dissert. Jur. Comm. & Württ. P. 4. t. 7. §. 13. vid. Harppr. de usufr. statut. materno, qua constituendo. §. 5. 199.*

IV. Causa  
Efficiente  
Remota,  
quæ est  
Lex 12. Tabb.  
apud  
Romanos:  
apud nos  
Leges &  
consuetudi-  
nes patriæ  
Juri Roma-  
no passim  
derogantes;  
inprimis  
etiam  
Jus Württ.

V. Causa  
efficiente  
proxima,  
quæ est  
vel  
sententia ar-  
bitrorum  
Romano-  
rum;  
vel Judicium  
pupillarium  
arbitrium in  
patria.

## §. IV.

Rationem has divisiones instituendi olim Lex 12. Tabb. præscripserat his fere verbis: Nomina inter hæredes pro portionibus hæreditariis erecta cita sunt: si volent hæredes, erectum citum faciunt: Prætor. (*Dissent. Ill. Schilter Ex. 9. th. 17. not. 1.* sed vid. *Lipl. de Magistr. pop. Rom. cap. 7.*) ad erectum ciundum arbitros tris dato; si credimus *Gorhoff. de LL. 12. Tabb. Fragm. 12. Tab. 5.* Heinecc. *Antiq. R. ad L. 3. Inst. 1. 28. §. 6.* Subsecutis autem temporibus Imperatores ipsos magistratus cognoscere jusserunt, nisi forsan impedirentur, *l. 2. C. de pedan. judic.* antiquato tandem arbitros judicesque cum formulis dandi more. *l. 1. l. 2. C. de form. & imper. act. subl. pr. 7. de succ. subl. §. f. 7. de inerd.* Janus à Costa *ad pr. 7. de action.* sed vid. *tn. Nov. 82.* Denique etiam haud parum diversæ à Romanis gentium, inprimis Germanarum, circa componendi controversias rationem leges & consuetudines his quoque negotiis aliam induxerunt faciem: Ac præcipue etiam Serenissimus LLator Württembergicus modum has divisiones instituendi diligentissime descripsit, *W. N. P. 4. t. 3. 199. Rescr. Duc. 1683.*

## §. V.

Ex hoc legum instituto, si res ad arbitros rediret, iidem sua haud minoris quam cæteris in causis autoritatis *l. 36. ff. fam. ere.* sententia omnia, in hæreditate erant corpora, distribuabant *l. 1. pr. l. 25. §. 1. ff. d. t.* Penes nos autem, hæc divisio ut arbitrio judicium pupillarium cum hæredum consensu conjuncto fiat, frequentius fere est: quod arbitrium quantum distet à vi & potestate sententiæ; deinceps dicitur.

## §. VI.



## §. VI.

Causa, cur inter hæredes, si in communiione *l. 25. §. 16. ff. fam. erc.* persistere nolint, dividi debeat hæreditas, in eo posita est; quia, cum naturale fere vitium sit, negligi, quod communiter possidetur, *l. 2. p. C. quand. & quib. 4ta pars deb. ex bon. decur.* atque amplissimam discordiarum materiam suppeditet communião, *l. 77. §. 20. ff. de legat. 2.* nemo invitus in communiione detinendus est. *l. 5. C. comm. arv. Voet. de fam. erc. c. 1. n. 1. & 2.* Quæ quidem ratio, cum publicam contineat privatamque utilitatem, Lauterb. *Colleg. ff. t. fam. erc. §. 5.* etiam hodie stat immobilis. At nostrorum tamen temporum institutis multæ aliæ accesserunt. Scilicet non creditorum tantum, quibus aliquid ex hæreditate debetur, ut aut ipsis solveretur aut delegaretur hæredum aliquis Rescr. Duc. W. 1709. d. 25. novembr. sed & pupillorum interesse visum est; quorum bona paterna vel materna, sine ulla divisione parenti superstiri tradita, cum ab ipsis sæpius haud mediocriter comminuta fuissent, haud tamen intelligi poterat, quantum revero ipsis decesserit: Rescr. Duc. W. 1724. d. 24. april. Ipsorum vero conjugum ex plerarumque Europæ provinciarum moribus communiã Schilter. *Exerc. 36. th. 77.* bona separari utique etiam necesse est. Et inprimis Principum quoque in nostris rebus utilitas his in causis versari cœpit; Rescr. Duc. Wurt. 1724. d. 24. apr. ex quo ipsorum rationibus adprime accommodatum est, nosse vires patrimoniorum; inprimis ubi mortuaria Harppr. *tr. acad. 10. de jur. mortuar. c. 3. & 5.* censusque emigrationis Nov. Constit. W. 13. §. 2. n. 1. Mey. *ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 4. n. 10.* præstari solent.

## §. VII.

Romanorum arbitriis locus haud erat, nisi provocantibus ad divisionem hæredibus. *l. 1. pr. ff. fam. erc.* Hodie autem quamvis nullam probari posse generalem Germanorum consuetudinem fateamur, quæ Partiri hæreditates sine provocatione postulet: in Wurtembergia tamen serio edictum est, ut tum maxime, ubi conjuges, relicti præsertim post se liberis decedunt, aut fisci commodum, vel tertii incommodum, aut pupillorum aliorumve periculum subest, bona obsignentur, inventarium conficiatur, & suæ singulis portiones assignentur.

VI. Causa impulsiva, quæ Jure R. in communiõnis incommodis constituitur;

Nostris moribus accesserunt aliæ veluti  
1. Interesse creditorum.  
2. pupillorum,  
3. conjugum,  
4. Principum.

VII. Conditione sine qua non, quæ est provocatio ad Divisionem. J. R. immediata vero Legis dispositio, J. W.

DN.



Badensi, *R. P. 4. t. 3. Nov. W. 13. §. 3. n. 1. Rescr. Duc. 1724. d. 24. Apr.*  
 Austriaco, Id quod Marchico - Badensi *P. 5. t. 21. P. 6. t. 5. sq.* & Austriaco juri  
 Reuter. *Differ. Jur. Civ. & Austr. Tab. 10.* itidem convenire arbitramur:  
 aliorumque locorum: atque usus nonnullorum, qui nos attingunt, locorum servat. Ex qua  
 ubi differentia altera adhuc consequitur; quod nimirum jure quidem ci-  
 alia adhuc notatur differentia, communi hactenus Carpzov. *J. F. P. 3. Const. 15. def. 44.* minores, sine  
 ratione minorum non provocantium: haud queant: Carpz. *d. d. 44. n. 1. sq. ibique & ad def. 3. n. 3. Esbach.*  
 iterumque alia, ratione privatæ divisionis, at quibusdam tamen in locis, ipsa lege divisionem imperante, ea fieri  
 possit, non tantum nemine majore provocante; sed nec decreto ac  
 causæ cognitione magis opus sit, L. B. de Lyncker *Dec. 1150.* quam  
 cum major provocat. Brunnem. *ad l. 3. §. 3. ff. de reb. cor. qui sub. tut.*  
 Colleg. Jur. Argent. *Lib. 27. tit. 9. th. 7. n. 3.* Addi potest & illud,  
 quod, uti Romani privato consensu, nulla interveniente magistratus auto-  
 ritate, erectum citum facere potuerint; *l. f. l. 36. ff. l. 1. l. 15. C. fam. etc.*  
*j. L. 21. C. de pact. dissentiente licet Schiltero, Ex. 20. th. 80. Ex. 9. th. 17.*  
*Ex. 16. th. 49.* propter locum Dionis *L. 55. Plin. Paneg. c. 37. & 40.*  
 sed vid. *l. 1. l. 2. & pass. C. ubi causa fise. l. 1. C. de Jurisd.* ita ne hodie  
 invitis obtrudantur obsignatores & arbitri: Schilter *Ex. 20. th. 80. sq.*  
 at passim tamen atque imprimis etiam in Austria Idem *d. l. th. 32.* receptum  
 sit, ut magistratus deputati etiam non rogati ad obsignanda, descri-  
 benda atque erescunda bona veniant. Id quod etiam Jure Bad. *P. 6.*  
*t. 5. sq. ubi Harppr. Differ. 9. ac Wurtembergico P. 4. t. 3. §. inpr.*  
**Wir befehlen auch.** Rescr. Duc. 1724. obtinere, ex paulo ante di-  
 ctis; juxtaque illud intelligitur, videri nobis, privatam divisionem mi-  
 nimum tum, ubi aliqua publici vel privati sive commodi sive incom-  
 modi ratio versatur, haud admittendam esse; nisi quis eam facultatem  
 singulariter à Principe impetraverit. Nov. Const. *W. 13. §. 3. n. 1.* Et  
 si omnino soli inter se hæredes bona dividant: in Saxonia Jus Sax.  
 & personarum eorum dividendum, *comm. Lib. 3. art. 29. in fin. P. 3. Constit. Elect. 15. ubi Moller & Carpzov.*  
*multisque aliis in locis Gail. Lib. 2. obs. 116. n. 14. Voet, de fam. etc. c. 5. n. 6.* præter Juris civilis scita Stryck. *usu mod. ff. t. fam. etc. §. 2.* major dividit, minor electionis habet prærogativam. Uti etiam  
 Britonum Jure primogeniti est reliquis suas portiones assignare: Con-  
 sult. Brit. *tit. 22. art. 533.* Lubeca vero & Hamburgi Mev. *ad Jus Lub.*



*Lub. P. 3. tit. 13. art. un. n. 10. sqq.* inque Belgio Voet. c. 5. num. 10. provocans partes facit, provocatus, quem vocant, optionem habet: quæ dividi commode haud possunt, ille æstimat, hic eligit, an isto pretio eas res sibi habere, an vero ab illo æstimationem accipere malit? Simon van Leuven *Conf. for. Lib. 4. cap. 27. n. 7.*

## §. VIII.

Romanis olim à communione discessuris adeundus erat Prætor, ex iis, quos census in album, & equestris hæreditas miserat, Seneca *de Benef. Lib. 3. c. 7.* olim 25. deinceps 20. Sueton. *Octav. c. 32.* fortisan & 18. salt. annis majoribus l. 57. ff. *de re judic.* iudices pedaneos Cl. Gerh. Noode *de Jurisdic. Lib. 1. c. 7. §. 13.* numero tres. ex ipsa 12. Tab. daturus; l. 22. §. 1. l. 26. l. 42. ff. *fam. etc.* qui in his quidem causis, quibus addebatur ex bona fide, vel quantum æquius melius, arbitri vocabantur, Festus *v. arbiter. l. 15. C. l. 43. ff. b. i.* ac formulæ datione haud constringebantur, sed plenissimam potius facultatem, sententiam non, prout lex & juris ratio suaderet, sed, prout humanitas aut misericordia impelleret, regendi accipiebant. Seneca *L. 3. de Benef. c. 3.* qua ex re haud pauca alia, nec mediocria pependisse momenta, constat ex Cic. *pro Rosc. Comæd. §. 10. sq. edit. Gothofr. §. 30. sqq. 7. de act.* & Jan. à Costa *ad §. 33. Noode d. L. 1. c. 13.* Heinnecc. *Antiq. R. ad. L. 4. Inst. t. 6. §. 36. §. 39. tit. 17. §. 1.* B. D. D. Harppr. *Diss. de differ. action. b. f. & stricti jur. sub presid. B. D. D. Frommanni hab. ejusdemque Celebrerr. Viri Diss. de act. arbitr. & non arbitrar.* Deinceps autem ipsi magistratus etiam hac de causa l. 2. *C. de judic. pedan. §. 1. i. C. de form. & impetr. act. subl.* cum suis assessoribus cognoscebant; l. 2. ff. *de assess. Nov. 82. pr.* ac Justiniani ævo, si causa non excederet 300. solidos, eadem iudicibus quibusdam ab ipso nominatim designatis ab administratoribus Cæsaris delegabatur. d. N. c. 1. *sqq. Voet. Comm. ff. 1. de jurisd. §. 2.* Germanorum autem vetustissimo jure etiam hæ lites à Druidibus, Cæsar *de Bell. Gall. L. 6. c. 13. seq.* aut Principibus cum lectis ex ingenua plebe, Tacit. *de mor. Germ. c. 12.* Conring. *de Judic. Resp. Germ. §. 10. sqq.* ac postmodum sub Francis & Carolingis à comitibus pagorum, Hincmar. *Epist. 3. c. 21.* horumque missis, vicariis seu centenariis cum suis scabinis Lehmann. *Chron. Spir. L. 2. c. 22. sq.* Conring. *d. l. §. 25. sq.* decidebantur: Jam vero ab

VIII. Causa Instrumentali, seu personis, hæreditates dividentibus, quæ quoad qualitates, numerum,

& potestatem

describuntur; atque ita Jus Romanum tam antiquum, quam recentius

cum veteri



&  
noviori  
Germania  
confertur.

Ac  
de Judiciis  
quoque pu-  
pillariis  
quarundam  
Provincia-  
rum,  
inprimis  
Wurtem-  
bergiae, dis-  
feritur: tum  
quoad  
personas ca-  
constituen-

is, quos Principes, suarum terrarum domini, constituerunt, magistratibus, Spener. *Jur. Publ. Lib. 2. cap. 10. §. 4.* aut ipsis, aut delegatis ab his dirimuntur: Mey. *P. 8. Dec. 340.* qui magistratus ex pluribus senatoribus, quorum tamen nec numerus nec qualitas generali aliqua lege, sed moribus plerumque definitur, passim, ac nominatim in Wurtembergia non ignobilibus tantum, sed & juris imperitis, 25. tamen annos natis, neque sanguine aut affinitate nimis conjunctis, *W. L. N. P. 1. 1. 2. pr. ubi Lauterb. Differ. 3. 4 & 5.* leguntur; potestatem autem in hac tanquam civili causa eandem fere, quam Romanorum magistratus habent; *Seruv. Ex 4. 1b. 81.* Stryck *U. M. ff. 1. de Jurisd. §. 21.* etiam si saltem fuerint Scultei: *W. L. N. P. 1. 1. 8. §. aber in Dörsfer. 2. 1. 1. 4. §. so ab t. 1. 59. da aber Lauterb. Diff. de restam. judic. §. 18. de volunt. jurisd. §. 19. Brunnem. ad. l. 19. C. de testam. n. 18. sed vid. tn. Carpz. P. 3. c. 3. d. 21. n. 4. §. conf. Stryck U. M. 1. de Jurisd. §. 9.* A quibus tamen plane diversa sunt, quae penes nos frequentantur pupillaria judicia; alibi aliis ex personis legi solita, nec eadem ubique autoritate munita. Praecipue enim in Wurtembergia quoque peculiaria quaedam concilia constituta sunt, quae in dividendis hereditatibus quoque suam interponunt autoritatem: & in quae legendi à magistratu cujusque loci viri boni, probi ac honesti, *Land. Ordn. iii. 42. §. 2.* legunturque plerumque civitatum consules, variante per singula municipia numero: alibi enim ex 5, alibi ex 4, alibi ex paucioribus viris constat: quorum duo saltem consociendo repertorio, bonorum vero aestimationi ac controversiarum diremtioni omnes, quotquot eorum sunt, adhiberi, consueverunt: legibus enim nostris numerus definitus haud est; *W. L. O. 1. 42. §. 2.* nisi quod ob signatio bonorum per unicum una cum actuario, *W. L. R. 4. 1. 3. §. 1.* *W. L. B. bef. n. 1.* vel duos expediri possit, ac debeat: *F. W. General-Berordn. über das Landrecht. und Oeconomie Wesen, vulgo Reglement 1702. d. 27. mart. fol. 34.* in consociendo inventario autem duo una cum actuario, cujus in locum alius, licet publicus notarius, substitui haud potest, *Rescr. Duc. W. d. 28. febr. 1716.* requirantur; *W. L. d. l. §. im Fall auch.* inque vicis haud plures quam tres, aut si praefectus adhibeatur, duos saltem intervenire debere, constitutum sit *d. Reglement. fol. 34.* ubi quoque praefectis, licet sine ipsorum praesentia nulla suscipi possit divisio, *Nov. Const. Wurt. 13. §. 2. n. 1.*

Rescr.



Rescr. Duc. 1663. interdictum est, ne se his ingerant negotiis; nisi forsitan rogati fuerint communi hæredum consensu, aut principalium commodorum causa vertatur, Reglem. d. l. aut, quod passim fieri solet, arbitri, ut intersint causarum graviorum decisioni, hæredibus haud repugnantibus petierint. Datum est his pupillaribus iudicibus negotium, ad administrationem rerum eorum, qui sub tutela vel cura sunt, attendendi, *W. Lands- Oda. t. 42. §. 2. N. P. 1. t. 6. p. 27.* Excellentissimus D. Harpprecht, juris patrii Professor meritissimus, Patronus noster honoratissimus, *Font. Jur. Wurtemb. cap. 1. art. 3. Lu. W. p. 55.* rationes à tutoribus & curatoribus quotannis exigendi, easque examinandi & approbandi; *L. O. t. 42. §. 3. N. c. l. concess.* saque etiam iis est facultas, inventaria non ea tantum, quibus bona pupillorum describuntur, *N. d. l.* sed & alia, veluti rerum in societatem conjugalem illatarum, *N. P. 4. t. 3. §. Wir ordnen. Nov. Const. W. 13. §. 3. n. 1.* imo etiam ea, quæ excitato concursu creditorum fiunt, ex usu tamen magis, quam expressa lege, ac imprimis quoque hereditatum communiter omnium *N. P. 4. t. 3. §. in Gall. sq. conficiendi,* eaque custodiendi, *N. P. 4. t. 6. §. Was dann. t. 8. §. Was aber. t. 10. §. und im Gall. t. 9. §. Wann nach.* bona obsignandi, *N. P. 4. t. 3. §. Wir befehlen.* conjugem superstitem aliosque hæredes ad dandam fidem loco iurijurandi adigendi, *N. d. t. 3. und sollen.* æstimandi res hereditarias, finiendique controversias inter hæredes, hosque & legatarios forsitan subortas. *N. P. 3. t. 25. §. und weil.* solentque etiam evocare eos, quorum interest circa hereditatem, quam dividunt; *Nov. W. 13. §. 3. n. 1.* ac partes denique certumque citum facere; *N. P. 4. t. 3. §. Endlich soll auch. Befold. Conf. 252. n. 1.* inque removendis suspectis, interponendisque de alienatione rerum, quæ minorum sunt, decretis ipsorum, quidem iudicium solum haud sufficit; *vid. Rescr. Duc. d. 12. Jun. 1688.* sed tamen præcipue quoque exquirendum est. *L. O. t. 42. §. 5.* An autem ipsi quoque tabulas aperire possint, quæsitum novimus? Et putamus nudam & simplicem aperturam, quæ notitiæ saltem gratia coram quibusvis honestis viris fieri potest; *l. 2. C. quemadm. test. aper.* ab ipsis quoque expediri posse: solennem vero haud posse: eo quod apud competentem, *l. 1. C. eod.* hoc est, ordinarium iudicem fieri debeat, *Lauterb. Cels. ff. h. t. §. 3.* idque jus citandi eos, quorum interest, *l. 2. C. d. h. & signatores*

tum  
officium  
atque  
potestatem.

ubi quæstio,  
de  
apertura  
Tabb.



tores, ut convenient, l. 4. l. 5. l. 6. ff. eod. tabulasque inspicere ac describi haud patientes, ut exhibeant, cogendi, l. 2. §. 8. ff. h. t. potestatem contineat: licet moribus plerorumque municipiorum iis vindictae facultas aperiendi tabulas. Alias enim, quia mandatum jurisdictionis probandum, Mascard de Probat. Vol. 2. concl. 948. Menoch de praesumpt. Lib. 2. praes. 15. strictaeque interpretationis est: c. 22. x. de rescript. Befold. Conf. 252. n. 5. §. 6. jurisdictione proprie sic dicta eos destitui, consentiunt nostri: Befold. d. l. n. 2. Harppr. Conf. 58. n. 272. Conf. nov. 58. n. 189. Lauterb. Ex. 20. concl. for. 9. Excellentissimus D. D. Schœpff, Patronus ac Praeceptor noster longe Colendissimus, Proc. summi Dicast. Wurtemb. c. 8. §. 16. eaque propter nec minoribus haeredibus tutores constituunt, D. D. Schœpff d. l. c. 4. §. 3. inf. nec in contumaciam procedunt, nec multas dicunt, nec solennia manifestationis iuramenta recipiunt, nec sententias suas ipsi exequuntur. At solent tamen quibusdam in locis, cum de difficilioribus paulo quaestionibus agitur, praefectum insuper, unumque & alterum ex ordinarii iudicii assessoribus in consilium adsciscere; & tum quidem omnia, quae ejus loci magistratus faciendi jus habet, peragere, suisque eandem, quam ipsius sententiis auctoritatem arrogare. IX. P. 1. s. 8. §. Was aber. j. l. 19. ff. ad munic. Plebst ad Jus W. Disp. 3. th. 39. Quod autem constat illud ex diversis curiae Ducalis collegiis concilium atineret, quod vocamus den Tutelar-Rath, id vero eadem, qua reliqua auctoritate rescribere, decretaque etiam de alienando imponere, ac controversias decidere, accepimus.

## §. IX.

IX. Subjecto,  
seu  
haeredibus,  
ques aut  
jus civile,  
  
aut  
Prætorium,  
  
item  
SCta.

II, inter quos distribuenda sunt res haereditariae, haeredes sint, oportet. l. 1. pr. l. 36. l. 49. ff. fam. erc. Ad haereditatem autem jure civili non nisi sui, §. 1. 7. ubi Dd. de har. que ab int. Ulpian. Fragm. t. 26. §. 1. Gaj. Inst. L. 2. t. 8. agnati, pr. 7. de leg. agnat. Succ. ibique Interppr. Ulp. d. l. & ad agnatorum modum patroni vocabantur: pr. 7. de success. libert. ibique Vinn. Ulp. t. 27. §. 1. sqq. Praetor vero aliis quoque praeter jus civile possessionem dare cepit, ejusque successione octo gradus, qui tamen haud omnes in ff. relati sunt, i. s. rabb. rest. nulla extab. unde liberi, sqq. fecit; Ulp. t. 28. §. 7. sqq. multaque insuper SCtis it. it. ad SC. Tertyll & Orphit atque Imppp. h. l. l. 2. l. 4. l. 7.



l. 7. C. Theod. de legit. her. l. 1. l. 2. l. 3. l. 6. l. 7. C. Th. de mat. bon. l. 1. l. 3. l. 5. C. de Bb. qua libb. inprimis vero Justiniani constitutio- bus §. 14. sq. 7. de bar. qua ab int. pr. 7. de serv. cogn. l. 7. pr. §. 1. C. ad SC. Tert. l. 14. pr. l. 15. §. 1. 2. & 3. C. de legit. her. Nov. 118. c. 1. 2. 3. addita & mutata fuerunt; de quibus vid. Dd. ad dd. iiii. ff. & Inst. quive de S. A. I. commentati sunt. Prisci autem Germanorum simplici- tatem juris Gentium Pufend. de 7. N. & G. L. 4. c. 11. Grot. de 7. B. & P. L. 2. c. 7. §. 3. sqq. ibique Bœcler. & Kulpis Coll. Ex. 5. §. 2. sqq. secuti videntur; Tac. de M. G. c. 20. quorum, quæ super sunt, circa successiones jura cum modernis confert Gisebert. Peric. 2. Statut. Havm. pract. art. 31. sq. 34. sqq. & quænam hodie per universam fere Euro- pam Romano juri non ubique consona hac de re jura vigeant, ex Simone van Leuwen Censur. for. L. 3. c. 16 - 22. Stryckio de Succ. ab Inst. Diff. 1. c. 3. & 4. Diff. 2. 3. 5. c. 2. & 3. Hopp. Comm. Inst. p. m. 538. sqq. Lauterb. Diff. 7. Comm. & W. P. 4. & Harppr. Diff. March. Bad. P. 6. pass. commodius disci poterit, quam hoc loco dici: ubi hoc sal- tem notamus, quod Serenissimo Wurtembergiæ LLatori novissime pla- cuerit, si quid exterorum legibus in odium extraneorum receptum fue- rit, id etiam adversus ejus loci cives in Wurtembergia observari, ea- que de re ad curiam Ducalem refert; Rescr. d. 8. Decembr. 1725. à qua donec rescribatur, bona detineri solent. Vifaque insuper quoque di- gna est, cujus specialior mentio injiceretur, utriusque juris differentia, qua olim quidem uxores, quæ in manu convenerant, suorum hæredum nomine succedebant; Gell. Noët. At. L. 18. c. 6. in f. Dion. Halic. L. 2. c. 26. Ulp. Fragm. t. 22. §. 14. Pith. ad Coll. LL. Mos. & Rom. t. ult. edit. Schult. p. 790. maritusque ipsarum bona, ut peculium occupabat: Serv. ad L. 1. Georg. Petr. Faber ad l. 91. ff. de R. 7. quæ autem in vi- rorum potestate haud erant, quive uxores in mancipio haud ha- bebant, à prætore saltem post cognatos admittebantur; i. ff. & l. iii. C. unde vir & ux. Heinecc. Antiq. R. L. 1. t. 10. §. 14. quæ B. P. rarius in manu jam convenientibus uxoribus, Tacit. L. 4. Annal. c. 16. Hil- liger ad Donell. L. 9. c. 1. lit. k. omnibus deinceps conjugibus commu- nis esse cepit; Stryck. de S. A. I. Diff. 4. c. 1. §. 2. donec tandem Ju- stinianus inopem & indotatam ad usumfructum virilis aut quartæ par- tis, si tres paucioresve liberi adessent, ex hæreditate mariti locupletis

&  
Principum,  
inprimis  
Justiniani,  
placita;

aut  
Jura Germa-  
norum anti-  
qua;

vel  
moderna  
Europæ,  
de quibus  
remissive  
vocat.

ubi  
tamen no-  
minatim de  
successione  
conjugum  
agitur  
Romanæ  
veteri,

intermedia.

ac  
novissima:

admi-



& admittit. *Nov. 53. c. 6. N. 117. c. 5. Stryck d. l. §. 16. §. 99.* Hodiernis  
 Teutonici: vero tantum non totius Europæ moribus, sed iis quidem admodum in-  
 ter se discrepantibus, conjugibus certæ sunt assignatæ portiones, etiam  
 cum liberis succedentibus; qua de re vid. *Stryck Diss. 4. c. 3. §. 7. §. 99.*  
*Lauterb. Diff. 7. C. & W. th. 6. §. 99.* *Mev. ad Jus Lub. P. 2. t. 2. art. 12.*  
*n. 12. §. 99.* Excellentissimus D. D. Mægling, Præceptor ac Patronus  
 noster omni observantiæ genere ætatem devenerandus, *Collat. Jur. Civ.*  
*Rom. cum statut. Hal. c. 2. §. 1. §. 99.* Succeduntque conjuges jure ci-  
 vili, cum farre, *Ulp. Fragm. 1. 9. §. 1. t. 11. §. 13. t. 22. §. 14.* vel coemptio-  
 ne *Serv. ad L. 4. Æneid. v. 221.* in manu convenissent; *Dion Hal-*  
*lic. L. 2. c. 26.* ex edicto prætoris, quæ cum marito confueverant: *Gell.*  
*L. 2. c. 2. in f. recentiori,* quæ de matrimonio ineundo cum eodem  
 rite consenserant; *l. 30. ff. de R. 7. N. 117. c. 4. Cl. Eehmer Jur. Eccl.*  
*L. 4. t. 3. §. 24.* accedente deinceps ex ecclesiæ instituto benedictionis  
 sacerdotalis necessitate. *Kemmerich Access. Instit. Jur. Civ. ex 7. N. & G.*  
*Rom. & Germ. L. 1. Sect. 3. t. 13. §. 14. & 18. §. 9.* *Schilter Ex. 36. th. 60.*  
 Germanorum Antiquissimo autem Germanorum jure,  
 cum sponsa à paranymphis aliquantisper custodita, deinceps vero à pa-  
 rentibus & proximis cognatis petita, sponso solemniter in manum tra-  
 dita fuisset. *Capit. Franc. L. 7. c. 358. Lex Longob. t. 66 §. 11. Kem-*  
*mer. d. l. §. 13.* Württembergicis vero aliorumque complurium lo-  
 corum moribus insuper genitalis lecti consensio requiritur. *Kemmer-*  
*c. l. §. 23. Mev. ad J. L. P. 2. t. 2. art. 12. n. 259 §. 99. Carpz. P. 3. c. 19.*  
*d. 1. §. 99. Lauterb. Diff. 7. C. & W. P. 4. th. 1.* Accedit & alia intui-  
 tu conjugum (nam de cæteris hæredibus Romano juri incognitis alias  
 dicitur) differentia; Scilicet, etiam si veteri Rom. jure sine tutore *Cic.*  
*pro Muræna §. 27. Liv. L. 34. c. 2. Schilter Ex. 37. th. 226. §. 99.*  
 suam autoritatem, si vel lege vel judicio agerent, aut sese obligarent,  
 interposituro, *Ulp. Fragm. 1. 11. §. 25. Celeb. Dn. Otto. Diss. de per-*  
*pet. fam. tut. c. 1. §. 10.* nulla fœmina, aut si in manu convenisset, in  
 mariti potestate esset: *Ulp. t. 11. §. 13. Liv. L. 34. c. 2. & 7. Otto d. c. 1.*  
*§. 21.* postea tamen solis mulieribus agere in judicio, contrahere, transi-  
 gere licuit; *pr. 7. de cur. Wibel de contract. mulier. c. 1. n. 45. & c. 3.*  
*n. 6.* iisdemque maritus ne dari quidem tutor potuit. *§. 19. 7. l. 4.*  
*l. 17. C. de excus. tut. l. 2. C. qui dare tut. ubi Dd. comm.* Con-  
 tra non præcis tantum Germanis, & ab his profatis gñibus, uxores  
 in



in matitorum, gentilium vel tutorum potestate esse placuit; Cæsar de B. G. L. 6. c. 19. Lindenbrog. Cod. LL. Antiq. L. 1. t. 10. Spec. Sax. L. 1. art. 23. art. 45. §. 5. Suev. c. 27. Gisebert. Perio. 2. Statut. Harm. 1. 19. n. 44. §. 78. sqq. sed & nunc placet, tum maritos legitimos esse uxorum tutores, Otto d. D. c. 2. §. 4. sq. Argentr. ad Conf. Brit. t. 19. art. 410. gl. 2. Lauterb. P. 2. Diff. 7. C. & W. 40. tum eas, quæ nuptæ haud sunt, citt. Dd. dd. ll. Grænev. ad §. 19. 7. de excus. tut. Maurit. P. 1. Conf. Chil. 2. n. 14. five agant in judicio, Schilter Ex. 10. §. 19. sqq. Beyer i. ff. de judic. pos. 17. five contrahant, Carpz P. 2. c. 15. d. 1. sqq. five bona hæreditaria dividant, Otto d. D. c. 2. §. 11. uti ceteri, qui in sua tutela haud sunt, Faber C. L. 3. t. 27. d. 11. etiam minores, aut civili quoque jure, Hopp. ad. §. 2. 7. de Curat. aut certe hodierno Ref. Pol. 1548. t. 31. §. 1. Voet. t. de Curat. §. 2. D. D. Grassl. Collat. P. 1. Sect. 1. §. 8. in f. curatoribus omnino opus habere.

## §. X.

Versatur officium dividendium hæreditates in primis quoque circa separationem bonorum ex societate conjugali communium. Societatem autem illam non à legibus Rom. l. 41. pr. ff. de leg. 3. l. 1. ff. d. R. N. l. 1. ff. rer. amct. aut canonum placitis c. 2. x. de don. int. vir. & ux. c. p. x. de consuet. c. 17. C. 27. q. 2. accersendam ducimus: Stryck Diff. de jure mar. in bon. ux. c. 1. §. 2. sqq. sed antiquo jure uxores, quæ in manu convenerant, omnia sua bona marito in dotem attulisse, Cic. Topic. §. 21. Ill. Dn. Thomaf. usu pract. iiii. Inst. de nupt. c. 1. §. 6. reliquarum Cic. d. l. §. 12. Thomaf. d. l. §. 8. lit. xx. tandemque vulgo omnium Tac. Ann. L. 4. c. 16. dotes tantum in dominio maritorum, l. 23. l. 30. C. de 7. dot. pr. 7. quib. al. lic. ubi Harpp. m. 2. sqq. Vinn n. 2. aliique, earumque fructus ipsorum lucro; l. 7. pr. ff. l. 20. C. de jure dot. Tessaur. Dec. 187. in princ. parapherna autem in custodia saltem & administratione illorum, l. 9. §. 3. ff. de j. dot. Lauterb. Coll. ff. d. t. §. 48. reliqua in ipsarum mulierum arbitrio fuisse; l. 12. C. de pign. Laut. §. 49. easque omnia, quæ operis tantum non plane artificialibus quærebant, marito acquisivisse, arbitramur l. 31. pr. ff. de don. int. vir. & ux. Stryck U. M. ff. t. de R. N. §. 75. sqq. & D. de oper. ux. c. 3. §. 2. sqq. c. 4. §. 3. sqq. Et quamvis nec hæc juris Romani particula

X. Objctio  
veluti  
1. Bonis con-  
jugum,  
haud  
quidem  
Rom. Jure,



tricula ubivis abrogata sit, *Mev. ad 7. L. P. 2 t. 2. a. 12. n. 106. We-*  
*fel de connub. Bb. soc. tr. 1. n. 3.* aut censetur: *Stryck D. de 7. mar. in*  
*Bb. ux. c. 1. §. 9. Harppr. Conf. 43. n. 28.* antiquissimum tamen Ger-  
 manorum exemplo *Caesar. de B. G. L. 6. c. 19. Tac. de M. G. c. 18.*  
 passim per Europam usu frequentantur communiones Bb. conjugales:  
*Grot. Antiquit. Reip. Batav. c. 2. Otto de perpet. fœm. tut. c. 2. §. 3.*  
*Esbach ad Carpz. P. 1. c. 32. d. 20.* alibi universales, omnia bona præ-  
 sentia & futura, honesto saltem modo, acquisita continent; *Kem-*  
*merich Access. Instit. 7. Civ. L. 1. Sect. 3. t. 16. §. 11. Lauterb. D. de*  
*Societ. Bb. conjug. c. 1. §. 5. Græven ad LL. difficilior. ff. t. pro soc. Loc.*  
*14. n. 2.* alibi simpliciter saltem bonorum, *Kemmer. d. l. §. 13. Lauterb.*  
*§. 6.* ubi quæstus tantum communes sunt: quæ quidem nonnullis in  
 locis latius patent, aliorum autem consuetudinibus valde constringun-  
 tur, *Lauterb. c. l. Kemmer. §. 14.* alibi tantum particulares, quæ certas  
 tantum res complectuntur. *Laut. §. 7. Kemmer. §. 17.* Ac quoniam  
 in Wurttembergia locisque finitimis *D. D. Schveder D. ad L. 3. C.*  
*comm. utr. jud. §. 28* societas bonorum simpliciter seu quæstum  
 maxime obtinet, ad eam styllum potissimum accommodabimus in se-  
 quentibus; hoc loco nihil addituri, nisi quod hæc quoque societas  
 tacito nitatur consensu matrimonium, hac qualitate auctum, contra-  
 hentium, *Harppr. Conf. 43. n. 20. Rotenburg. de 7. conjug. t. 2. c. 5. n. 14.*  
 ipsoque matrimonio; *Lauterb. D. d. S. Bb. C. c. 2. §. 18.* inque conjun-  
 cta conjugum industria aliqua itidem quæstum communionis ratio po-  
 natur. *Argent. ad Conf. Brit. t. 19. art. 418. gl. 4. n. 3. Sande L. 2. t. 5.*  
*Dec. Fris. 7.* Ex quo cum multa alia, vid. v. gr. *Harppr. D. de com-*  
*mun. lucr. conjug. inter conj. separ. per tot,* tum etiam hoc consequitur:  
 nullam esse inter conjuges impotentem societatem hujusmodi aut lu-  
 crorum communionem: & si omnino ea, quæ cum impotente usque  
 ad exitum vitæ cohabitavit, ob laudabilem patientiam, in partem lu-  
 cri vocanda sit: *Lauterb. d. D. c. 3. §. 3. Carpz. P. 3. c. 19. d. 5.* mal-  
 lemus sane nos, ex tacito conjugis ita acquiescentis conf. *Besold ad*  
*7. W. Disp. 4. ib. 23.* consensu in societatem bonorum *l. 4. ff. pro soc.*  
*B. D. D. Majer Comment. Instit. p. 817.* sine commercio corporum, istam  
 æquitatem defendere. Eademque fere nostra est de uxore putativa sen-  
 tentia: quam communium lucrorum expertem esse volunt: *Angel.*  
*n. 2. Bald. n. 2. Salic. n. 1. in l. 1. C. de constet. ob. caus. dai. per d. l. 1.* partici-  
 pem

sed  
 Teutonum  
 moribus,

diversis ta-  
 men inter se

communi-  
 bus separan-  
 dis,

Ubi  
 quaeritur  
 1.  
 de commu-  
 nione lucro-  
 rum inter  
 impotentes;

&  
 2.  
 uxore puta-  
 tiva.



pem autem eorundem, arg. c. 2. x. de don. int. vir. & ux. l. 22. §. f. ff. sol. matr. istiusque à communi opera petita rationis, donec in bona fide manserit, faciunt. Lauterb. c. 3. §. 5. Argent. art. 408. gl. 3. n. f.

## §. XI.

Cum nullam Jure civ. inter conjuges intercedere societatem paulo ante ostenderit, nec dubitandum est, quin alienum ab eodem quoque sit jus præcipiendi aliquid ante illius societatis communiumque lucrorum divisionem. Faber *Diss. Argent. de præcip. conj.* §. 9. D. D. Schæpff. *Diss. Jur. comm. & Wurt.* §. 8. Continet autem hoc præcipui genus non res tantum cuique proprias, sed alia quædam, quæ conjugi superstiti passim jura quædam specialia assignant: Harppr. *Diss. J. C. & M. B. P. 6. th. 11. & 15.* Mev. ad *J. L. P. 2. t. 2. art. 2. §.* Christin. *ad Conf. Mechlin. t. 16. art. 15. §.* veluti arma viris *B. N. P. 4. t. 4. §.* Wann nun. Harppr. *d. th. 15.* artisque suæ instrumenta, *E. N. d. l. Faber. §. 18. §.* mulieri vestes atque ornamenta, etiam festiva; *E. N. d. l. §.* also auch. Harppr. §. 11. Faber §. 20. ne tamen quid præter modum, facultates, dignitatemque conjugum *l. p. pr. ff. de alim. & cib. Gail 2. O 91. n. 3.* tribuatur. Argent. *ad Conf. Brit. art. 519. n. 1. §.* Putat autem B. D. D. Harppr. *d. §. 15.* jure W. arma haud præcipi, nisi iis maritus pro suæ conditionis natura utatur: licet praxis contrariam passim sequatur opinionem, eo maxime argumento subnixæ, quod arma ad cujusvis civis W. conditionem pertinere videantur: *Landt-Ordn. t. 110. §. 10. §.* & aliquot novissi *Reser. ubi obiter quoque notari posset differentia J. R. & W. i. C. ut arm. us. inf. princ. inter d. ubi Brunn. St. C. de Fabric. N. 17. c. f. N. 85. c. 1.* Disceptatum quoque aliquando fuit: an qui duplicem artem non didicit tantum, sed & exercuit, utriusque instrumenta præcipiat? Et vix est, quod ea ipsi de negemus; si quidem præcipua præcipui hujus constituti causa est, ut victum eo commodius lucrari possit: Harppr. *D. de Jure aurig. circa success. §. 13.* æquitas autem ratio in eo præsertim consistit: quia, cum his instrumentis aucta hæctenus vel conservata fuerit res communis, nec admodum magnum damnum reputandum est eorundem præceptio: Jam vero duplici artificio & facilius quæritur victus, & augetur res familiaris; neque temere quisquam duplici opificio operam dat, qui alterutro tantundem lucrari potest. Quamvis de cætero

2.  
Præcipuo  
conjugum.

quod  
in quo con-  
sistat, osten-  
ditur;

simulque  
quæstio

1.  
de duplicis  
artis instru-  
mentis præ-  
cipiendis.  
affirmatur,



&  
limitatur.

2.  
de re allata  
præcipienda  
& æstimatione  
petendi  
negatur,

atque  
ampliatur.

utique modus adhibendus sit, ne nimis prægravetur hoc mariti favore communis hæreditas: quin ex modo dictis etiam hoc intelligitur, nos id ad eos extensum velle quam minime, qui sibi suisque magis obsunt ea re, quam profunt; aut, qui saltem non omnino deserunt attem, quam didicerunt, v. g. cum lanio vix semel atque iterum vendendis carnibus, plerumque exercendæ vecturæ operam navavit; namque ita eodem ipsum numero, quo alios aurigas, habebimus. Sed in eo olim quoque erratum est, & forsan adhuc erratur, quod conjuges rem, quam in matrimonium intulerunt v. c. mundum muliebrem aut bibliothecam præcipui jure capiant, ejusdemque æstimationem allati nomine repetant, quod contra b. l. fieri censemus cum D. D. Schvedero *D. ad L. 3. C. comm. utr. jud. §. 29.* non tantum, si nec aucta nec diminuta fuerit res illata, sed & si decreverit: licet hoc casu, quod allato deest, ex communibus bonis restitui debeat *l. 58. §. 1. ff. pro soc. B. N. P. 4. t. 4. §. de nun. sq.* Id quod etiam eo de casu intelligi volumus, quo res illata in commodum communis rei familiaris alienata, atque alia, quæ jam præcipui jure deducitur, in ejus locum fuit substituta. Namque & hac ratione per ambages saltem aliquas *c. 84. de R. 7. in 6. idem bis petitur l. 57. ff. de R. 7.* Ac licet passim receptum esse audiamus, ut v. gr. maritus, qui equum in societatem intulit, hoc constante matrimonio mortuo, inque ejus vicem surrogato alio non extantem solum vindicet, sed & perempti æstimationem allati nomine consequatur: nos tamen id perperam fieri arbitramur: maxime, cum mortes animalium domini periculo sint, non rei communis detrimento, nisi societatis causa perierint; *l. 58. pr. §. 1. ff. pro soc. Laut. de per. rer. in S. C. ill. §. 56. n. 4.* nec a communi fructuum perceptione ad commune periculum procedat argumentum. *l. 65. ff. de usufr. Faber D. de præc. conj. §. 52.*

### §. XII.

3.  
restitutione  
allatorum, &  
cæteris rebus  
jure domini  
præcipuis.

Posthæc communibus quoque bonis deducuntur res conjugum in societatem illatæ, Lauterb. *D. de S. Bb. C. c. 5. §. 12.* aut quæ eorum loco habentur, *l. 36. §. 1. ff. de don. int. vir. & ux.* aut constante matrimonio citra causam quæstus, *l. 7. sqq. l. 71. S. f. ff. pro soc.* forsan etiam ex titulo, qui jam antea extitit, Lauterb. *c. 4. §. 8.* iisdem obveniunt; aut his temporis vel naturæ beneficio, Faber *de*

*Præc.*



*prac. conj.* §. 38. imo & alterius opera, vel communi sumtu; Tiraq. *de retract. munic.* §. 1. gl. 18. n. 58. § 9. sed vid. tn. Garf. *de acquest. conjug.* n. 73. accedunt: vel ex iis soluta jam societate quocunque modo proveniunt. *l. 17. l. 20. ff. de R. V.* Hasque inter res etiam est morgengaba, *W. P. 4. t. 4. §.* also auch. Faber §. 29. quæ ex Germanorum moribus est; Celeb. Gundling *de emt. ux. & morgeng. c. 2. §. 6. sq.* Beyer *Jur. Germ. L. 1. c. 24. n. 1. § 9. L. 2. c. 16. n. 16.* quod utrumque etiam de dotalitio dicere possis: Stryck *U. M. ff. t. de j. dot. §. 23. & D. de f. sing. connub. in Germ. c. 4. §. 4. sq.* eodemque fere loco, arthæ habentur, ex quo jam non amplius restituantur, matrimonio subsecuto. Lauterb. *Diff. J. C. & W. P. 4. t. 2. §. 3. D. de arrha §. 133. Coll. t. de j. dot. §. 48.* Cumque porro etiam eo referantur donationes à conjugè conjugii factæ, *W. P. 4. t. 4. §.* also auch. Faber *d. D. §. 30.* cum morte fuerint confirmatæ: *l. 32. §. 2. § 9. ff. l. 1. l. 3. l. 10. C. de don. int. vir. & ux.* disputatum aliquando fuisse, comperit habemus: an uxor, cui maritus rem quandam donaverat, si que iterum eandem deinceps urgente familiæ necessitate ipsi iterum ademerit, atque alienaverit, æstimationem petere possit? Et responsuri eramus, posse; nisi voluntas revocandi à cæteris hæredibus probetur: *l. 11. § 12. ff. de leg. 3. negaturi,* si nulla necessitatis ratione eo adactus fuisset. *l. 18. l. 24. §. 1. ff. de adim. & transf. leg.* Sed, si res alterius conjugis pecunia Befold *ad J. W. P. 4. th. 24. & 15.* Sichard *ad l. 12. C. de j. dot. n. 3.* aut pretio ex re alterutrius vendita redactæ fuerit comparata, Argentr. *ad Conf. Brit. art. 412. gl. 2. n. 1.* neque illam, per *d. l. 12.* neque hanc, cum functiones rerum in particularibus judiciis locum haud habeant, *l. 7. §. f. ff. qui pot. in pign. ejus,* cujus fuit pecunia aut res prior, fieri, docet Lauterb. *de S. Bb. C. c. 4. §. 5. & 6.* Cui tam illustis inter Jctos nominis sententiæ nec nostrum est intercedere: at tentabimus tamen, an oppositam huic opinionem in conflictu tueri possimus; si modo ea pecunia dotalis haud fuerit, propter *l. 42. ff. de j. dot.* nec cum sociali confusa; ubi tamen sæpius probatio magis quam jus deficiet, ut est in *l. 30. ff. de T. T.* nec res venditionis gratia æstimata. *l. 10. §. 1. ff. de j. dot.* Conabimur autem generali huic judicio *l. 38. pr. ff. pro soc. accommodare l. 31. ff. de her. vel act. vend.* etiam *l. 3. pr. ff. de R. V. l. 54. ff. de j. dot.* in subsidium vocaturi: urgebimus, nec pecuniæ paratæ proprietatem in hac societate

ubi  
differentiæ

1.

2.

3.

&  
questiones

1.

De re uxori  
donata, at-

ob commu-  
nem familia-

necessitatem  
alienata.

2.

de re emta  
alterius pec-

unia illata,  
vel ex rerum

ipsius ven-  
ditiõne

redacta,



communicari; Laut. *d. D. c. 4. §. 5.* negabimus, admissa adverfa sententia, defendi satis posse, rem tamen permutatam alterius conjugis fieri, uti censet Argentr. *art. 418. gl. 1. n. 1.* Lauterb. *c. 4. §. 6.* propter *l. 2. ff. & C. de rer. perm. ubi* Gothofr. nec concedemus, ita communicari pecuniam, ut res eadem emta communis fiat, sed saltem, ut lucrum ex emtione, reque emta commune sit; *l. 7. ff. pro soc.* denique etiam huic opinioni haud obscure favere J. W. *P. 4. t. 4. §. da nun. sq.* contendemus: largiemur autem, cautius addi protestationem, Chalfan. *ad Conf. Burg. rubr. 4. §. 2. n. 6. sq.* vel pactum. Argentr. *art. 412. gl. 2. n. f.* Si lis oriatur de re alterius conjugis, eaque transactione ita sopiatur, ut conjux eam rem retineat, aut ea ipsi restituatur, distinguit Sande *L. 2. t. 5. d. 3.* Argentr. *art. 418. gl. 1. n. 12.* an conjugis jus admodum incertum ac dubium fuerit, nec ne? ita, ut, cum titulus à transactione incipiat, ea res tanquam communi pecunia, *l. 7. ff. pro soc.* alterius licet nomine, Covarruv. *var. res. L. 3. c. 19. n. 2.* emta, communis fiat. Sed non sine ratione de hac distinctione dubitare videtur Lauterb. *de S. Bb. C. c. 4. §. 11.* eo quod cujusque fieri debeat, quod ipsius intuitu quaritur; *l. f. in f. C. de usufr. l. 1. C. si quis alt. vel sibi.* maxime, cum, si nihil obtentum fuisset, nec sumtus communi damno imputati fuissent, nostrosque in casu, quod jam datur, ab eo, cui res cedit, communibus lucris restitui debeat: Lauterb. *d. l. 1. 6. C. si quis alt.* ac saepius justam quoque causam probatio destituit: ipsiusque adversarii jus jam haud amplius certum sit, cum ipsi lis intenditur; *l. 1. ff. l. 2. C. de transact. ubi* Brunn. eo quod sententia inter casus fortuitos numeretur; *l. 51. ff. de evict. ubi* Dd. quin & ipse, qui transigit, remque alteri relinquit, aliquid ejus conjugis hac in re jus agnoscere videtur; *l. 25. pr. ff. de probat.* quæ quidem eo magis huc applicari possunt, si conjux possideat, ob *l. 4. C. de edend. & c. 65. de R. 7. in 6. l. 126. §. 2. ff. de R. 7.* ut jam taceamus hanc emtionem haud negotiandi, *l. 7. ff. pro soc.* sed tuum obtinendi animo *l. 34. t. 219. ff. de V. S. fieri.*

3.  
aut transac-  
tione ob-  
tent.

4.  
Æstimatio-  
ne rerum  
præcipua-  
rum,

### §. XIII.

Quoniam porro earum rerum, quæ in S. C. inferuntur, aliqua plerumque pars perit; proximum est, ut videamus: an, & quando eo nomine æstimatio peti possit? Restituetur autem illa æstimatio ex com-



communi lucro, vel utriusque patrimonio, si quæcunque alterius res societatis causa fuerit alienata, aut deterior facta, vel alias perierit: *l. 58. §. 1. l. 52. §. 4. ff. pro soc. B. E. N. P. 4. t. 4. §. da num. 599. Lauterb. D. de peric. rer. in S. C. ill. §. 53. 599. veluti, quod in Wurttemb. E. N. P. 4. t. 13. §. Wann ein Kind. ubi Lauterb. D. ff. 11. cæterisque locis, ubi bona inter conjuges communia sunt, singulare est, Wesel de conub. Bb. loc. 17. 2 c. 1. n. 16. Stryck V. M. ff. t. de j. dot §. 6. si res alterius filia in dotem data; aut ad alendos liberos suntusque studiorum filio suppeditandos fuerit alienata. B. E. N. d. §. da num. 599. Ex alterius conjugis autem propriis bonis refarcienda sunt, quæ ipsius levi *l. 52. §. 2. ff. pro soc. Carpzov. P. 2. c. 26. d. 12. in concreto, ut vocant, §. f. de soc. l. 72. ff. eod. & Brunn. ad d. l. 52. §. 2. n. 8. & J. W. notoria culpa accidit: E. N. d. t. 4. §. f. Lauterb. c. D. §. 27 n. 11. 599. §. 31. E. pass. quæ cum diligentia ipsius alio loco adhibita haud compensatur. *l. 23. §. 1. l. 25. l. 26. ff. pro soc. Sanz. de Divis. Bb. L. 2. c. 5. n. 3. Struv. Ex. 22. ib. 24. Diss. Befold ad f. W. D. 4. ib. 23. Nihil plane præstabitur, si res non societatis causa, casu, *l. 58. pr. §. 1. ff. pro soc. E. N. d. §. f. Voet. de fam. erc. c. 4. n. 15. aut propria domini culpa l. 59. §. 1. ff. d. t. E. N. c. l. Faber D. de præc. conj. §. 50. interierit; nisi aliud convenerit, *l. 23. ff. de R. f. aut culpa vel mora casum præcesserit l. 23. l. 82 §. 1. ff. de V. O. aut res data fuerit æstimata venditionis gratia. E. N. P. 4. t. 4. §. also und. l. 10. pr. l. 12. §. 1. ff. de f. dot. At quamvis in Wurttembergia vix ulla res in matrimonium inferantur haud æstimata: in dubio tamen id taxationis saltem gratia factum videtur; Lauterb. de per. rer. in S. C. ill. §. 54. 599. j. §. 41. n. 7. etiam si dotalis fuerit: quamvis enim dotes etiam hac in societate suam, quantum ad periculum attingit, naturam retineant; Lauterb. d. l. §. 63. n. 3. ac in his æstimatio in dubio venditionis gratia facta videatur: *l. 15. 599. ff. l. 8. C. de j. dot. Esb. ad Carpz. P. 2. c. 42. d. 21. n. 2. nostræ tamen æstimaciones eo saltem sine vid. Dd. ad l. 19. pr. ff. de R. C. Barbof. L. 1. c. 26. ax. 38. fiunt, ut constet, quanti sint res illatæ in communione: eæque ipsæ res à Ser. LLatore ejus moris non tantum non ignaro, sed & confessionem inventarii serio imperante E. N. P. 4. t. 3. §. wir ordnen. in specie restitui jubentur: E. N. d. l. t. 4. §. also auch. junct. l. 69. §. 7. ff. l. 21. C. de j. dot. Maurit. D. de æstim. §. 22. neque solet etiam æstimatio illa eo tempore, quo dos constituitur, sed ali-******

vel  
 ex commu-  
 nibus lucris:  
 ubi  
 differentia,  
 ratione one-  
 ris dotandi  
 &c. notatur;

aut  
 alterius con-  
 jugis pro-  
 priis:

ubi quæstio,  
 de compen-  
 satione cul-  
 pæ & diligen-  
 tiæ negatur;  
 aut  
 plane non  
 præstanda;

ubi  
 differentia,  
 ratione æsti-  
 mationis,  
 ejusque vi in  
 dubio;



quo post contractum matrimonium intervallo fieri. Maurit. §. 27. Sed, si soluta societate uxor quæstibus renuntiet : an etiam quæsitum uxori ad repetendam dimidiam partem rerum communi societatis usu consumptarum vel attritarum partem Lauterb. §. 55. n. 11. jus isthac renuntiatione tollatur ? quæsitum : & negatum nuper admodum scimus, ex sententia Harppr. *tr. de renunt. acq. conj.* §. 120. Res autem ex consuetudinis ac legum privilegio præcipiendæ, sive ante solutum matrimonium, Harppr. *de j. auriq. circa success.* §. 7. sive postea pereant. vid. Faber *de præc. conj.* §. 42. junct. B. DD. Frommann. *D. de transf. dom. leg.* §. 71. præcepturo pereunt. l. 9. C. de pign. act.

## §. XIV.

E contrario vero ex proprio conjugis superstitis patrimonio restituenda communi acquæstui aut alterius hæreditati sunt, si quid in rem, quam præcipit, acquirendam, conservandam vel meliorem faciendam erogatum est, Faber *de præc. conj.* §. 47. Ubi quidem licet vix esse, ut scrupulosas legum Rom. distinctiones ferat hodierna morum simplicitas, nihilque restitui, quam, quanto præriorior res facta fuerit, arbitretur : Voet *de fam. erg. c. 4. n. 9.* nos tamen nihil hic mutatum, Stryck. *U. M. ff. t. de imp. in res dot. fact.* §. 2. & 3. j. Voet. *d. 2. §. 2.* inque dotalibus, quæ ad *d. t.* in reliquis, quæ ad *t. de R. V. doceri* solent, obtinere censemus : ac necessarias vid. l. 38. *ff. de R. V. l. 29. pr. ff. de pign.* etiam repeti licet, exinde res melior haud amplius existat. l. 4. *ff. de imp. in res dot. fact.* l. 8. *pr. ff. de pign. act.* Sed quid de alimentis liberorum, sumtibus studiorum & ejusmodi impendiis ex priori matrimonio prognatorum sentiendum sit ? vehementer dubitatur. Nam, si nec pactis dotalibus ea de re quicquam conventum fuerit, Harppr. *Cons. 43. n. 163.* neque etiam vitricus ultro ac gratis alimenta præbere velit privignis ; Lauterb. *D. de re al. in S. C. contr.* §. 31. n. 6. mater tamen paterna eorum bona usufructus jure detineat : tum, si iste usufructus, forsitan etiam cum ipsorum operis conjunctus, satis amplus sit, ex communibus bonis, quibus fructus cedunt, alendi veniunt. l. 10. *ff. de R. 7.* Lauterb. §. 31. n. 10 *seq.* Sin minus, repeteret è matris locupletis Harppr. *D. de usufr. statut. mat. effect. oner.* §. 6. bonis vitricus, quod erogavit : Harppr. §. 7. si & mater indigeat, quæ, subdu-

§.  
Impendiis in  
res alterius  
proprias  
factis,  
ubi rejicitur  
differentia,

& quæritur  
de alimentis  
& liberorum  
prioris ma-  
trimonii.



subducis ab istis impendiis fructibus toto ususfructus tempore perceptis, adhuc debentur, paternis filii bonis detrahantur. Harppr. C. 43. n. 162. § 9. d. D. § 9. & 10. Ubi tamen fatendum est, omnia ad vivum refecari haud posse, neq; neque etiam esse Mev. ad §. L P. 2. art. 12. n. 158. t. 2. aut solere; maxime si impensæ sint modicæ, eaque pars, cujus sunt liberi, communem rem plurimum augeat, aut liberorum vel uxoris patrimonium omne eam in rem absumeretur; uti quidem his in terris, cum haud paucis sit curta satis supellex, plerique ejusmodi liberos habentes una cum his nudi & inanes vitrici domo extrudendi, conf. l. 38. ff. de R. V. ac conjuges in inextricabiles conjiciendi essent difficultates: quod eo magis iniquum foret, cum vulgo credatur, alendos gratis esse privignos; neque adeo volenti, aut scienti c. 27. de R. §. in 6. vel scire debenti conditionem personæ ducendæ l. 19. pr. ff. de R. §. fiat injuria: unde & usus fori fere sequitur Lauterb. d. D. §. 31.

## §. XV.

Dispiciendum porro quoque, cum de repetendis rebus in societatem illatis agitur, de ære alieno in hac societate contracto, vel alias erogata, licet jam non amplius debita, pecunia, aut communem quaestum, vel utriusque patrimonium, aut cujusque peculium minuent. Debita enim societatis causa ab utroque l. 27. ff. pro soc. B. & N. P. 4. t. 4. §. nehmlichen. ubi Befold ib. 13. vel à marito aut uxore Id. d. l. ib. 19. Sanz. de Div. Bb. L. 2. c. 12. n. 11. contracta ex quaestum, vel, hoc deficiente, ex propriis utriusque bonis, Lauterb. D. de ar. al. in S. C. contr. solv. §. 49. § 63. § 74. pro ea portione, quam uterque ex lucro caperet, §. 3. §. de soc. ubi Vinn. Hopp. alii. h. e. J. W. dimidia, d. §. nehmlich. P. 3. t. 7. §. Wann Eheleuth. solvuntur: citra causam societatis ab alterutro contracta eundem solum gravant: & N. P. 4. t. 4. §. Wo aber. Lauterb. § 65, & 76. ab utroque constata, si causa respiciat maritum, uxorem haud onerant; propter Aurb. si qua mulier. C. ad SC. Vellej. & N. P. 2. t. 29. pr. Befold. Conf. 92. n. 51. § 99. sin vero uxoris commodum spectent, & ipsa obligabitur, tum debitori, una cum marito, l. 3. l. 13. pr. ff. ad SC. Vell. tum marito, ad restituendum id, quod hac ex causa solvit: Lauterb. §. 60. neque liberabitur inventa illa moribus gentium Europæarum renun-

6.  
re alieno so-  
ciali,  
ab utroque  
vel  
alterutro,

&  
non sociali  
ab  
alterutro,  
vel  
utroque  
in  
mariti,  
aut uxoris  
utilitatem  
contracto,



nuntiatione acquæstus, Argentr. *ad Conf. Brit. art. 415. gl. 1. n. 1. sq.* ac in W. aliisque locis portionis insuper statutiæ, Bard. *D. de port. stat. §. f.* ab aliis, quam socialibus debitis, à solo marito contractis. Harppr. *de renunt. Acq. conj. §. 101.* Solent autem ad debita socialia quoque referri tributa; *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de usufr.* etiam solito majora, quæ belli tempore exiguntur: Harppr. *Conf. 43. n. 78.* hostiles vero exactiones sub ruinæ vel incendiî comminatione factas, Brandshagung, ab eo esse solvendas, cujus prædium in discrimine versabatur, existimat: Voet. *de fam.erc. c. 4. n. 14.* quod nos concedimus, si illa exactio commoditates, quas societas ex illo prædio hætenus percipit, multum superet, nec alia æquitatis causa concurrat: Lauterb. *d. D. §. 34. n. 7.* veluti, si & bona rerum communium pars una peritura, atque ab hoste diripienda, aut vita simul eo pretio redempta fuisset: quorum alterutrum pterumque etiam ab hoste impendet: quam ob rem nec ambigimus, ea, quæ illis personis, quæ nos ab injuria hostium defendunt, Wachten und Sauvesgardes, quæve pro rebus in tutiorem locum transferendis, & similibus causis erogantur, communi damno esse. Si constante matrimonio alii maritus ad motus fuerit muneri, sumtus ad illud impetrandum faciendos, hodie passim etiam die Chatoull-Geldter, communes sunt: Argentr. *art. 408. gl. 6. n. 1.* Laut. *c. D. §. 22.* quod secus est, si ante conjugium deberi cœperint; Sanz. *de Div. Bb. L. 2. c. 12. n. 10.* nisi forsan ita pactus fuerit sponsus cum sponfa, *l. 34. ff. de R. 7.* ejusque parente, Struyck *C. C. S. 3. c. 8. §. 19.* vel curatore, cautius tamen etiam sanguineos adhibituro. Lande=Ordn. *t. 35. §. 7.* Besold *ad 7. W. D. 3. th. 65.* Et si uxor moriatur ante maritum, maxime prole haud relicta, nec forsan iniquum erit, peti restitutionem dimidiæ æstimationis, cum cauxoris esse intelligatur; Laut. *de S. Bb. C. c. 4. §. 7.* jamque marito, tantundem hætenus commodi ex isto officio percipienti, atque ad uxorem pervenit, accrescat. Plane autem communem rem haud onerabunt hæ expensæ, si uxor sciverit saltem, maritum id pecunia dotali, vel sola, vel suæ mixta, redempturum. *l. 172. §. 1. ff. de R. 7.* Idemque per singula cundo etiam dicimus de sumtibus ad consequendum axioma magistri inter opifices; Meister = Stück, aut pro receptione in numerum civium, Burger = Recht, erogandis; si modo nemo, nisi civis id opificii genus illo in loco exercere possit:



c. 42. de R. 7. in 6. alias enim, cum magis communium liberorum Lauterb. D. de ar. al. §. 25. ipsiusque rei familiaris hinc augenda l. 55. ff. pro soc. gratia fiant, communes esse, arbitramur. Eodemque loco domicilii transferendi causa factos, tanquam priorum accessorios, l. 76. ff. de jud. ac officii in communem utilitatem administrationem necessario præcedentes, l. 62. ff. de procur. habemus: idemque etiam juris esse, judicamus, si ex alia necessaria aut utili societati causa, citra alterius culpam, mutanda fuerit habitatio: aut hæreditas alteri delata ad locum domicilii transferatur, ut percipiendi ex ea fructus eo commodius in rem societatis verti possint. l. un. §. 4. C. de cad. toll. A- lendi porro etiam interdum sunt parentes, fratres aut sorores; & hæc quidem personæ, si nihil habeant, unde vivant; Besold ad 7. W. P. 4. th. 59. antea omnia videndum, quid actum sit, aut eo in loco frequentetur: l. 34. ff. de ren. jur. si nihil convenerit, modicæ im- pensæ vix est, quod reculentur; maxime si, illæ personæ operas do- mesticas præsentent, Mornac. ad l. 15. ff. de neg. gest. aut dotem dede- rint filia, ex qua augetur hæc res familiaris: majores autem ab eo solo repeti; cui sanguine sunt conjuncti, concedendum forsitan est communi sententiæ; Gutierrez L. 2. quæst. præct. 129. Sanz. L. 2. c. 12. n. 12. §. 9. quia his potissimum personis, ob charitatis pietatisque ratio- nem, hoc onus impositum est: l. 5. §. 2. ff. de agn. Et al. lib. l. 1. §. 2. ff. de iur. Et rat. distr. add. l. 20. §. ff. sol. matr. sed si & conjux inops sit, imputabit sibi maritus, quod talem duxerit l. 48. pr. ff. de fidej. & ita temperandam esse opinamur sententiam Lauterb. de ar. al. §. 33.

## §. XVI.

Est denique & in eo inter J. R. & W. discrimen, quod Jure civ. nomina, ut ipso jure divisa, haud dividantur; l. 2. §. 5. l. 25. §. 1. ff. fam. erc. aut, si dividi haud possint, singuli in solidum agant, l. 25. §. 9. §. ff. h. t. Majer Comm. Inst. t. de act. p. 966. & convenientur; l. 85. §. 2. ff. de V. O. Voet. de fam. erc. c. 12. n. 4. & si judicis offi- cio aut hæredum stipulationibus singulis solida debita attribuantur: haud tamen aliter, quam partim suo, partim procuratoris nomine agant, & si voluerint creditores, convenientur. l. 2. §. f. l. 3. ff. h. t. ubi Brunn. n. 7. Schilter Ex. 20. th. 84. In W. autem, licet & hic forsitan ipso jure divisa sint nomina; cautum tamen est, ne vel hære-

D

3.  
domicilii,4.  
aut hæredi-  
tatis transfe-  
rendæ:  
5.  
alendis pæ-  
rentibus &  
fratribus vel  
sororibus.7.  
Nominum  
divisione.

Dum



dum portionibus, vel iudicis officio reipsa dividi, aut ipso jure divisa relinqui possint. Rescr. Duc. d. 27. febr. 1717. sed potius serio editum, ut omnia ante divisionem adhuc solvantur, *EN. P. 4. t. 4. pr.* aut, si parata pecunia haud suppetat, vel bona quaedam assignentur creditoribus, quae aut vendere possint; concessio tamen haeredibus beneficio reluendi intra annum, *EN. P. 1. t. 75. §. doch so der.* aut, relictiis iis haeredum alicui, cum denuo sibi debitorem constituere: vel ut creditorum *l. 11. §. 1. ff. l. 1. C. de nov. Bard. D. de Deleg. §. 9.* & haeredum *l. 11. pr. ff. l. 1. C. b. t. Mev. P. 5. D. 395.* consensu ipsis aliqui haeredum delegentur, Rescr. Duc. d. 14. Jun. 1643. d. 25. novembr. 1709. liberatis ceteris. *§. 3. 7. quib. mod. toll. obl. Mev. d. l. Lenz de Cess. nom. c. 4. m. 4. n. 23.* Et licet haeredes creditores de bonitate nominis ipsorum alicui assignati; *l. 4. ff. de H. vel A. V. ubi Brunn. n. 1.* nisi ceteri eam nominatim in se receperint, Stryck *C. C. S. 3. c. 4. §. 14.* Muller *ad Struv. Ex. 15. th. 12. lit. a.* evictionem haud praestent: in praxi tamen nomina in certa & incerta dividi, & ex utroque genere singulis tantundem assignari, ut eo minus de evictione agi possit, cum periculum commune sit, notat Schilter *Ex. 20. th. 85.*

## §. XVII.

8.  
Acquisitio &  
damno:

His, quae hactenus diximus, deductis atque restitutis tandem intelligitur, quid lucri aut damni in hac societate factum sit; illaque prima seu sociali divisione partes uterque accipit, aut conventas, *§. 1. I. de Soc. Goris. advers. jur. tr. 1. c. 1. n. 27.* aut legibus designatas, *l. 34. ff. de R. 7. h. e.* in Gallia, Hispania, Belgio, Wurtembergia aequales, Gosvv. ab Esb. *ad Carpz. P. 3. c. 25. d. 9.* Lauterb. *D. de S. Bb. C. c. 5. §. 13.* in Sicilia Milanens. *L. 1. Dec. 18.* terris Badensibus, *EN. P. 6. t. 5. sqq.* & tractu Rhenano Germaniae superioris. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 67. n. 4.* C. J. A. *L. 38. t. 11. th. 4.* ac Statutis Universitatis Tubingensis, si quidem conjuges sine liberis decedant, Stat. *renov. c. 16.* maritus duas, uxor unam partem, Harppr. *Diff. 7. C. & MB. P. 6. th. 7.* Ubi saltem lubet quarere: quoniam donationum genera ad quastus pertineant? remuneratorias enim plerique huc referunt; Sanz *de Div. Bb. L. 2. c. 11. n. 38.* Garf. *de Acq. conj. n. 123. sqq.* alii tum saltem, si ea sint merita, quae jus agendi vel retinendi tribuant: Lauterb. *c. D. c. 4. §. 29. sq.* alii, nec forsitan male

ubi  
de donatio-  
nibus remu-  
neratoriis  
quaeritur.



male, uti in damnis *l. 60. §. 1. l. 61. ff. pro soc.* Struv. *Ex. 22. th. 123.* ibique Muller *lit. a. n. 1.* ita & in lucris distinguunt: an opera socii vel societas occasionem saltem præbuerit donationi, Gothofr. *ad l. 60. §. 1. ff. pro soc. v. propter* an vero causam: veluti cum milici ob rem strenue gestam, patrono causarum ob victoriam, Voet. *de fam. ero. c. 4. n. 12.* vel uxori hospiti à convictoribus, discipulis venientibus, discedentibus, aut calendis januariis Lauterb. *c. 4. §. 28.* donatur, communibus lucris ea munera connumeramus: Sande *L. 2. t. 5. d. 3.* nec non ea, quæ maritus uxori vel uxor sibi, dum communis luci gratia contrahunt, dari stipulantur; *c. 42. de R. 7. in 6.* nisi forsan constaret, maritum donaturum uxori ita stipulatum esse; ita enim morte confirmaretur. *l. 10. C. de don. int. vir. C. 8. ux.*

## §. XVIII.

In ipsius hæreditatis divisionem insuper etiam veniunt feuda; quæ, licet his oppido simillima apud Rom. forsan viguerint instituta; Gundl. in *Gundling. P. 1. n. 1. P. 15. n. 1.* Hert. *de feud. obl. P. 1. §. 2.* nobis tamen à Germanis generatim Struv. *S. 7. F. c. 1. aph. 3.* Schilter *ad rubr. 7. F. Allem. §. 8.* tradita esse, arbitramur. Et fuerunt quidem vetustis Germanorum moribus feuda regalia individua: J. Pr. Sax. *L. 3. art. 53.* J. F. Sax. *c. 21. 2. F. 55. §. 1.* Goldast. *L. 3. de Major. c. 15.* ac licet seculo minimum 15. invaluerit divisio principatum, Ill. Dn. à Ludolph *ir. de Introd. j. primog. P. gen. aph. 11. n. 4. sqq.* eosque etiam hodie dividi posse, magno consensu traditum sit: Iter *ir. de feud. Imp. c. 13. §. 11.* tamen non tantum Electoratus in A. B. *c. 7. §. 2. sqq. c. 20. c. 25.* dividi prohibentur; D. D. Schwed. *I. P. P. Sp. S. 2. c. 2. th. 10. c. 3. th. 7.* sed & primogenituræ jus multis in primariis imperii ditionibus, ac præsertim etiam in W. pacto inprimis Münstingano, ipsaque Ducatus erectione Hortled. *de C. B. G. T. 1. L. 3. c. 1.* introductum; Ludolph. *aph. 13.* eique, qui divisionem petit, jam probandum est, ista in familia divisiones pacto vel consuetudine admittas esse. Iter. *§. 11.* Et tum, nisi placuerit æqualiter successuris communicio, Schilter *Ex. 20. th. 73. sq.* divisio instituitur secundum pacta familia, consuetudinem regionis, aut parentis voluntatem; si modo is æquas singulis partes assignaverit: Myler *de Stat. Imp. P. 2. c. 23. n. 7.* dividiturque vel administratio saltem una cum redivibus, per

9.  
Feudis  
dividendis,

iisque

tam  
regalibus,ubi modus  
dividendi.

1,

D 2

præ-



præfecturas cuique assignanda, manente regalium & jurisdictionis sub-  
 stantia penes unum aliquem, Ludolph. §. 14. n. 9. sq. seniore vel  
 duos natu maximos: Myler §. 5. aut ipsa quoque regalis potestas  
 dividitur; Iter §. 14. ubi iterum aut omnia aut aliqua saltem iura  
 dividunt; manente tamen utroque casu jure status imperii apud u-  
 num aliquem, communi nomine id administrantem, aut singulos,  
 pro indiviso id exercentes: Schilter *Ex. 20. ib. 76.* aut hoc quoque  
 jus una cum reliquis inter ipsos scinditur: & tum, ut singuli pec-  
 culari voto in comitiis gaudeant, Imp. & imperii consensu opus esse,  
 censet Iter *d. c. 13. §. 15.* de contraria tamen imperii observantia simul  
 testans. Feuda non regalia vero eodem, quo cæteras res, Carpz. *P. 3. c. 15. d. 8. Stryck U. M. ff. 1. sam. etc. §. 5.* modo dividi, placet, *2. F. 55. §. 1. Struv. S. I. F. c. 9. apb. 5. n. 4.* inter eos successores, de qui-  
 bus disputant, qui de successione feudali tractant. Multoque  
 mitius, quæ his similes sunt emphyteuses, emphyteuticario & suc-  
 cessoribus concessas, libere ab ipsis dividi posse, dubitamus: §. 3.  
*7. de loc. Voet. de sam. etc. c. 9. n. 6. B. D. Grave D. de commiss. emph. c. 3. §. 26. 31. sq.* Quæ tamen in Wurtemb. aut plane non  
 aut saltem sine præfectorum vel curiæ Ducalis venia dividi haud pos-  
 sunt; constituto tamen etiam tum curatore, Träger, cujus ex manu  
 pensionem integram accipiat Ser. Dux. *L. D. 16. BK. P. 2. t. 9. 5. weil auch. §. 1. 16. §.* ob vit. Refcr. *1663. d. 24. Maji.* ac novis-  
 simo Refcr. *d. 16. Apr. 1716.* plane à curia Ducali, haud vero præfe-  
 cti tantum impetranda est dividendi facultas. Sunt forsan & alia  
 juri R. non undequaque consentanea, quæ in divisiones nostras veni-  
 unt vel minus: de quibus tamen ulterius differere, extra brevitas  
 nostræ institutum est.

## §. XIX.

XII. Forma,  
 seu  
 Processu  
 juris Rom.  
 antiquo,

Sequitur ergo, ut videamus, quemadmodum arbitria familiæ et-  
 ciscundæ peragi, & olim & nunc consueverint. Vocabat autem apud  
 Rom. actor reum in jus, Horat. *L. 1. Sat. 9. vs. 74. sqq.* ac cum venis-  
 sent ad prætorem, is, ut sibi fari Heinnecc. *Antiqq. ad L. 4. Inst. t. 6. §. 19.* reus, ut sibi cum eo æquo jure disceptare liceret, Cic. *L. 2. in Verr. §. 42.* postulabat; quæ experturus erat, actionem alter indica-  
 bat.



bat, atque in albo formularum demonstrabat, sibi que dari, Hein. *d. l. alter advocatum petebat*, si non habebat. Sigon. *de judic. L. 1. c. 20.* Deinceps actor reum vadabatur, datis sponforibus, sub certa pœna promissurum, se certo die rediturum: Cic. *pro Quint. §. 29. 23. 61.* quo veniente solennibus se iterum verbis Plaut. *Curcul. Act. 1. sc. 3. vs. 5. 599.* coram prætore sibi invicem sistebant: Cic. *d. l. §. 67.* ac satisfationes, de quibus vid. *pr. §. 1. 7. de satisf. ibique Jan. à Costa & Huber in præl. exigebant*: quærenteque reo: quid ais? actor suæ actionis intentionem proponebat: reus contra asseribat. Sigon. *d. l. c. 21.* Et tum in his quidem judiciis continuo postulabant a prætore, arbitros familiæ erciscundæ ut daret in perendinum; Cic. *L. 2. 7. V. §. 39. & pro Cec. §. 19.* isque dabat ex jurato selectis Cic. *pro Cluent. §. 121.* inque decurias Suet. *Octav. c. 32. Calig. c. 16 Galb. c. 14.* albumque relatis, eos, quorum nomina ex urna exissent; Seneca *de Benef. L. 3. c. 7.* Gell. *N. A. L. 14. c. 2.* Plin. *Paneg. c. 36.* ut tamen ejurare, quos nollent, Plin. *d. l.* vel quos vellent, ipsi eligere, Cic. *pro Quint. §. 32. l. 80. ff. de jud. Noodt de Jurisd. L. 1. c. 13.* possent; & tum his judicibus dabatur formula: vid. Sigon. *L. 1. c. 24. p. m. 496.* ac testium numerum, qui plerumque intra denarium continebatur, prætor præscribebat; Sigon. *d. l. c. 25.* partesque ordinatum jam esse judicium, præsentibus antestabantur. Festus *v. contestari & v. reus.* Huber *præl. ad D. L. 5. 1. 1. n. 21.* Eæque deinceps, cum venerat judicii dies, præconis voce, *l. 7. pr. ff. de in int. rest. absentes edicto, l. 73. ff. de jud.* citabantur, Duar. *L. 1. Dispp. anniv. c. 7. &* si adessent, ante omnia de calumnia jurabant: *l. 44. §. 4. ff. fam. erc.* atque deinde uterque patronorum ante meridiem ad clepsydram quater dicebat, Gell. *L. 17. c. 2. Plin. L. 4. ep. 9. L. 2. ep. 11.* tabulasque & testes producebat. Cic. *pro Rosc. Comm. §. 43. & pass.* Judices autem jurantes in leges, Cic. *pro Cluent. §. 91. & 96.* adhibitis in consilium amicis, Cic. *L. 2. 7. V. §. 71 pro Quint. §. 4. sq.* post meridiem præsentibus licem addebant: Gell. *L. 17. cap. 2.* aut jurabant, sibi non liquere. Gell. *L. 14. c. 2.* Sigon. *c. 28. & 29.* Subsecutus vero temporibus in jus vocatio longe alia ratione expediri, *N 112. c. 2.* nec à citatione amplius distingui cepit: Duar. *1. ff. de in jus voc. c. 2.* actionum imperationes, formulæ, arbitrorum dationes cum reliquis solennibus in usu esse desierunt; *l. 2. C. de form. l. 2. C. de jud. ped. satisfatio-*

recentiori,



ac noviori  
communi;

&  
Wurtem-  
bergico ju-  
dicatorum pu-  
pillarium,

nes longæ aliæ exigæ cæptæ, §. 2. *Sqq. 7. de satisd.* & quæ sunt ejusmo-  
di plura. Multaque deinceps etiam Jus Can. *L. 2. Decretal.* mutavit:  
Hahn *Diff. 7. Civ. & Can. §. 18. Sqq.* alique; atque insuper interpretes  
aliud adhuc processus judiciarii genus ex utroque jure conflarunt: Stryck  
*Colleg. Pract. ad Prax. for. Sect. 1. §. 3.* Inque imperio Germ. summis  
tribunalibus aliis insuper ordo præscriptus est, de quo legi imprimis  
merebitur Magnifici D. Præsidis *Collat. Pars 2.* Neque etiam spec-  
cialia provinciarum jura, præsertim Wurtemb. hunc juris articu-  
lum intactum reliquerunt, variis commentariis, ac nostrum quidem à  
B. Lauterb. & D. D. Schœpffio egregie illustrata. De processu judicio-  
rum pupillarum autem nobis dicendi locus relictus est. Quando ita-  
que v. c. nonnemo conjugum moritur, intra octo dies ab obitu ob-  
obsignantur bona ab actuario & senatore, *EN. P. 4. t. 3. §.* Wir bez  
fehlen. & intra mensem minimum ab illo tempore conf. Stryck *U. M.*  
*ff. 1. fam. etc. §. 12.* inventarium conficere incipiunt arbitri, *EN. §. 111*  
*Fall.* præsentibus, una cum curatoribus, quorum interest: ac hære-  
dum quidem horumque tutorum nomina in inventarii primordio con-  
signantur; posteaque bona à iudicibus pupillaribus consensu hæredum  
æstimantur, atque ab actuario vel scriba jurato Lauterb. *Diff. 7. C. &*  
*W. P. 3. §. 41. n. 3.* omnia, mobilia & immobilia, corporalia & in-  
corporalia ita æstimata, prout sunt tempore mortis (quæ æstimatio  
etiam priori inventario statim post contractum matrimonium confe-  
cto inferitur) habita ratione fructuum, qui sunt in herba, pensionum,  
usurarum debitarum, *l. 7. §. 1. Sqq. ff. sol. mar.* subjectisque debitis so-  
cialibus, describuntur. Conjux autem superstes omnesque hæredes,  
quive in domo sunt, data fide loco jurisjurandi arbitris promittunt,  
se omnia cum fide indicaturos, aut postea prælecto inventario, se nul-  
lius rei amplius conscios esse inventario inferendæ, confirmant: *EN.*  
*P. 4. t. 3. und sollen.* Bard. *D. de retic. §. 63.* interdum etiam jura-  
mentum manifestationis deferretur, *l. f. §. 10. C. de j. delib.* coram ordi-  
nariis præstandum. Creditores vero confecto repertorio citantur, ut  
aut ipsis satisfaciat, aut nonnulli hæredum delegentur. *Rescr. 1643. &*  
*1709.* Tandemque conjugii suum præcipuum, una cum propriis ipsius  
bonis, *EN. P. 4. t. 4. §.* Wann nun, *Sq.* aut eorundem æstimatione  
*EN. d. l. §.* da nun, assignantur; detractis tamen impendiis ac debi-  
tis non socialibus, ipsum solum onerantibus: eodemque modo, quæ ad  
defun-



defunctum peculiariter spectant, bona & onera deducuntur : atque ita jam adparet, quid questum aut perditum fuerit constante matrimonio; cujus utriusque dimidia pars ad utrumque conjugem pertinet. *U. P. 4. t. 5. §. Wann ein, sq. t. 6. §. 1. sq. t. 7. §. 1. sq. t. 8. §. 1. sq.* Deinceps subductis à defuncti hæreditate non tam debitis, expensisque funeris, *Refcr. 1663. d. 20. Jul. inventarii, U. P. 3. t. 24. §. Wir setzen, Voet. Comm. ff. h. t. §. 17. & similibus, quam legatis Laut. de S. Bb. C. c. 5. §. 14. bonis liberorum adventitiis, Refcr. Duc. 1683. & si quæ sunt alia, quæ in divisionem haud veniunt; Voet. de fam. erc. c. 7. atque inprimis etiam, si defunctus fuerit homo proprius, mortuario, *Harppr. tr. acad. 10. c. 7. §. 2. n. 23.* partes per singula rerum genera faciunt arbitri, sorte dividendas; atque ita scinditur hæreditas inter conjuges & cæteros hæredes: *U. P. 4. t. 5. 6. 7. 8. §§. Ferner, ac si inter liberos fuerint, qui conferre aliquid debeant, id tum demum confertur; Lauterb. D. de dot. coll. §. 26. §. 29. ref. 5. n. 3. sq. & si hæredum aliquis censum emigrationis præstare teneatur, is Befold, v. Abzug, eundem jam præstabit. Berl. P. 3. concl. 52. n. 86. j. n. 89.* Denique prælegitur instrumentum divisionis, cum ab hæredibus eorumque tutoribus, tum ab arbitris subscribendum: & quæ cuique pars obtigerit, in singulari scheda consignatur, singulis tradi solita. *U. P. 4. t. 3. Endlich soll. Conf. Laut. de dot. coll. ref. 1. sqq. Harppr. tr. ac. 10. c. 7. §. 2. n. 15. sqq. Conf. 58. n. 27. sqq. Refcr. Duc. 1683. Schilt. Ex. 20. th. 83.* Quæ tamen omnia omnibus in casibus promiscue applicari haud posse, in proptulo est.*

## §. XX.

Facere haud possumus, quin hanc quoque differentiam annotentus, quod J. R. hæredes, si velint, omittere possint inventarii confectioem : *l. f. §. 14. C. de 7. del. Stryck D. de remiss. inv. c. 1. n. 17. sq. J. W. autem iisdem, præcipue conjugibus ejus conficiendi necessitas omnino imposta sit; U. P. 4. t. 3. §. im Fall sqq. Nov. W. 13. §. 3. n. 1. Refcr. 1724. ut nec testator, si ante nullum plane factum fuerit, id prohibere possit: U. P. §. fetner da, quod iridem secus esse arbitramur J. civ. l. f. §. 1. C. arbit. int. Chaffan ad Conf. Burg. rubr. 6. §. 6. n. 23. Et quemadmodum solennibus J. civ. l. f. C. de 7. del. N. 1, c. 2. Lauterb. de inv. hæred. §. 13. sqq. plerisque in locis addita*

Novæ differentie, ratione inventa

rii;

1.

2.

3.



4. dita aut detracta sunt nonnulla: Laut. *d. l. §. 14. & 15. & Coll. 1. de 7. del. §. 13.* ita etiam Jus W. quasdam J. civ. solemnitates insuper habuit; Laut. *Diff. 41.* hancque adjecit, quod usuro beneficio inventarii ea de re protestandum sit: *EN. d. P. 3. t. 22. §. und obwohl. & §. wann nur.* pœnamque præstandorum legatorum, *EN. d. t. 22. §. und da. conf. Harppr. Diff. March. Bad. P. 5. §. 42.* amissionis ususfructus paterni aut materni, ac pecuniariam vel carceris addidit. *EN. P. 4. t. 3. §. Inmassen.* Multisque etiam in locis loco solennis inventarii tantum exigitur specificatio Bb. jurata: Stryck *C. C. S. 3. c. 3. §. 6.* sed vid. *tn. Mev. P. 2. D. 96.*

## §. XXI.

Restat etiam adhuc de collationibus locus, tantum non plane sicco pede transeundus. Scilicet in W. cæterisque locis, ubi dotes de utriusque parentis bonis dantur, ex patre mortuo non integræ, ut J. R. Voet. *de fam. etc. cap. 3. num. 7. sq.* sed altera saltem pars, altera autem matre demum moriente conferuntur: Reacr. *1683. cas. 4.* Laut. *de dot. coll. P. 2. ref. 2. n. 13. sqq.* & si mortua jam matre dotata fuerit filia, dos non confertur, sed bonis ejus maternis deducitur; d. Reacr. *cas. 4. & 5.* Laut. *ref. 2. n. 2. & ref. 6. n. 5.* quia nostro jure pater non, ut J. R. ex affectu paterno, Frommann. *de adm. adv. leg. §. 45.* sed ex propriis filiaë bonis dotem dedisse, censetur. *EN. P. 4. t. 13. §. da aber. & §. im Fall.* Donationes vero liberis à parentibus factas conferri debere, affirmat Stryck *de S. A. I. D. 11. c. 4. §. 13. sqq. U. M. t. de dot. coll. §. 4.* distinguit Vinn. *de Coll. c. 15. n. 10.* negat Bardil. *Ex. 12. concl. for. 16.* & J. W. *P. 3. t. 23. §. 1.* Wann aber. Pretium redemptionis ab hoste immune ab onere collationis communiter fere pronuntiant: Vinn. *c. 13. num. 9.* Argent. *ad Conf. Brit. art. 526. num. 10.* sed hanc sententiam plus æquitatis quam juris habere, ait Stryck *d. c. 4. §. 18.* nos de hac atque altera etiam quaestione, ubi de redempto è militia filio agitur, ita forsitan statui posse, opinamur: si filius dederit nomen militiaë ex mera petulantia omnino conferendum esse; *l. 155. pr. l. 203. ff. de R. 7.* maxime, cum ex illo inæstimabili dono *l. 106. ff. d. R. 7.* & restituta sibi acquirendi facultate *§. 1. 7. qui sui vel al. jur.* satis locuples factus sit: si vi coactus, aut per insidias inductus fuerit, miserationis rationem facere, ut in parte *l. 15. C. de neg. gest.* animus donandi præsumatur: si in delectu

&  
Collatio-  
num;  
ubi  
differentia

1.  
2.

&  
quaestio  
1.  
de pretio  
redemptionis.



delectu, patriæ defendendæ causa, principis jussu abstractus fuerit; à patre fratribusque, quorum loco ac communi nomine hæc signa sequi cogitur, altero adhuc malo maclandus haud est. *l. 4. §. 2. ff. de L. Rhod.* Quæ pro impetrando officio dantur, nisi id iterum vendi possit, haud conferri, docet Brunnem. *ad l. 20. C. de Coll. n. 4. §. 99.* Laut. *Coll. ff. h. t. §. 15.* per *l. 30. §. 2. C. de inoff. test.* sed cum utriusque insignis exinde in filium utilitas redundet *l. 6. C. de Coll. j. l. 10. ff. de R. 7.* atque onera dignitatum ita mediocritia haud amplius sint, ut concessio hoc summa inæqualitas evitari possit; *l. 1. pr. ff. l. 20 §. 1. C. de coll.* minus verecunde hæc collatio recusari: aut minimum tum, si pater credendi animo dederit, uti fere solent, arg. *l. 50. ff. fam. erc.* fieri debere; & hic animus ex nuda consignatione conf. Brunn. *ad l. 1. ff. h. t. n. 35.* in tam insigni summa *§. P. 2. t. 23. §. wann aber.* Carpz. *P. 3. c. 11. d. 15. n. 4. §. 99.* præsumi posse, videtur.

## §. XXII.

Quantum ad censum detractionis jam ubique fere receptum Welter v. Nachsteuer. Kemmerich *Access. Inst. L. 1. S. 4. t. 43. §. 30.* attinet; id saltem in W. peculiare est, quod etiam statim divisa hereditate emigrans nihil solvat: omnibus enim W. civibus transactione Tubingensi *a. 1514. §. damit auch det.* ab Ulrico Duce gl. m. cum ordinibus provincialibus inita, ac Christophoro p. m. *1551.* confirmata, Myler *de stat. Imp. c. 63. n. 8.* plenissima facultas facta est libere emigrandi: ac proinde etiam nuper, cum quæreretur, an solvendum sit hoc vectigal ex bonis paternis filio ante emigrationem delatis, expirante usufructu materno diu post emigrationem: rescriptum est, nihil deberi, propter *l. 1. ubi Brunn. C. de Bb. mat.* Suntque etiam J. W. ab hoc onere immunes eorum locorum cives, quibus de hoc censu à commigrantibus in alterius ditones non præstando cum Serr. Duce. convenit, *E. D. t. 4. §. 5.* veluti Nördlingen, Wimpfen, Lindau; Knipsch. *de Jur. Civ. Imp. L. 2. c. 20. n. 22.* cujusmodi pacta alibi quoque passim frequentantur. Thomaß. *de censu detract. §. 20. §. 99.*

## §. XXIII.

Attemperanda est hereditatis divisio vel ad legitimam parentum voluntatem, *l. 20. §. 3. ff. l. f. §. Auth. sq. C. fam. erc.* vel extranei testamentum, *l. 10. l. f. C. h. t.* vel leges de successione; *l. 2. pr. ff. h. t.* pactis autem locus hic non est; *l. f. C. de pact.* Schiffordegh. *ad Ant. Fabr. L. 1. tract. 30. q. 1. §. 9.* quamvis deinceps J. can. accedente iuramento servari iussa; *c. 2. de pact. in 6.* ac in Germania, non quidem in

E

uiver-

2;  
de pecunia  
pro officio  
impetrando  
data.

Censusque  
detractionis  
ubi differen-  
tia  
J. comm. &  
W.  
1.

2;

XIII. Norma,  
quæ est  
voluntas pa-  
rentum,  
testamen-  
tum,  
leges.



- Ubi Differe-  
rentiæ  
J. R.  
&  
Germano-  
rum ratione  
pactorum de  
hereditati-  
bus:
- ac  
testamen-  
torum
- 2.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- universum omnia, Esb. *ad Carpz.* P. 2. c. 35. d. 17. sed inter conjuges tamen, Lauterb. *Diff. J. C. & W.* P. 3. *ib.* 17. Harppr. *Diff. M. P.* 6. §. 1. P. 4. §. 86. & illustres D. D. Grass. *Coll. P. 1. S. 5. §. 1. p. 193. sqq.* recepta sunt: quibus addi possunt pacta morganatica, Tabor *D. ad t. ff. de pact. dot. c. 7. §. 7.* uniones prolium, Bardili *de iisd. ib.* 4. renuntiationes filiarum illustrium, Stryck *de S. A. I. D. 8. c. 10. §. 6.* & pacta militum, naturam pacti in pactis confraternitatum jam retinentia, D. D. Grass. *d. l. §. 2.* testamenta conjugum reciproca, non temere revocanda, Laut *Diff. 16.* & ejusmodi plura. Testamenta olim Germani ignorarunt; Tac. *de M. G. c. 20.* nec statim solennia J. civ. receperunt, jus can. duos saltem testes requirens *c. 10. sq. x. de test.* Thomaf. *Diff. J. civ. & can. in doct. de test. c. 1. §. 3. c. 2. §. 1. sqq.* secuti; donec tandem ad hæc quoque delaberentur, Stryck *C. T. c. 1. §. 11. Ord. Not. 1512. 1. 2.* Sed tamen singulæ fere civitates peculiare sibi finxerunt testandi formulas; Lauterb. *1. qui test. fac. poss. §. 59. quarum 5. J. W. P. 3. t. 3.* adinventæ sunt. Atque alias Principi quoque oblata videntur testamenta; quæ statibus offeruntur; Laut, §. 46. Excogitavit insuper testamentum nuncupativum; Bard. *D. de test. nunc. ib. 24. sqq.* explicitumque plerumque ita fit, ut prælectam ex scheda voluntatem coram testibus agnoscat testator. Laut. *d. t. §. 75.* Milites licet in expeditione, in conspectu tamen haud constituti duos testes adhibere jubentur. Const. Max. I. 1512. P. 2. t. 2. §. 2. D. D. Grass. *P. 1. Coll. S. 4. §. 2.* In testamento postis tempore condito plerumque etiam de numero ac qualitate testium remissum est. Brunn. *ad l. 8. C. de test. n. 5.* Testamenti ad pias causas privilegia non civ. *l. 13. C. de SS. eccl. Gilck. n. 6.* Brunn. *n. 3. ad l. 1. C. d. t.* sed can. *c. 11. x. de test.* Carpz. *P. 2. c. 4. d. 33.* accepta ferimus; J. W. *P. 3. t. 6.* adacta. Laut. *Diff. 11. sqq.* Harppr. *Diff. J. C. & W. cont. 2. ib. 24.* Nec in testamento rustico ubique 5. testes requiruntur, Stryck *C. T. c. 13. §. 28.* De testamento autem in casu necessitatis facto J. civ. invalido Stryck *d. t. c. 14.* ipse cogniturus est Ser. LLator. W. J. W. *P. 3. t. 4. §. f.*

## §. XXIV.

XIV. Effectu, qui est res judicata, & executio, J. R. vetus & recentior,

Lata ab arbitris R. sententia eandem, quam cæteræ, auctoritatem obtinebat: *l. 36. ff. fam. ere.* eratque & hic is, contra quem judicatum erat, serviturus adversario, donec solveret, ni eidem intra 30. dies satisfecerit: Gell. *L. 20. c. 1.* aut quod deinceps frequentatum est, magistratus, judici actione, quæ post quadrimestres inducias datur ad centesimas, *l. 1. sqq. C. de usur. rer. jud.* aditus, rem auferebat, *l. 68. ff. de R. P.* aut captis distractisque primo mobilibus, post immobilibus



bus, denique actionibus l. 2. l. 3. l. 5. C. de exec. rei jud. sententiam exsequatur: cujus in his causis etiam hæc vis est, ut dominium transferat, §. 7. de off. jud. Ulp. Fragm. n. 19. §. 16. & actionem fam. etc. denuo intentari prohibeat. l. 20. §. 4. ff. fam. ere. Paul. R. S. L. 1. 2. 18. Quæ quidem nostris quoque ordinariorum judicum sententiis applicari possunt: nisi, quod circa tempora executionum, B. D. Majer D. de exec. sent. in caus. civ. §. 16. sqq. easque impetrandi, Brunn. Proc. civ. c. 29. n. 22. & imperandi R. J. nov. §. 159. sqq. Brunn. n. 23. modum, usurasque rei judicatæ Laut. t. ff. de re jud. §. 31. mutatio contigerit. Judicum autem pupillariorum arbitrii vim sententiæ in rem judicatam transituræ plane denegant, Harppr. Conf. 58. n. 272. Conf. nov. 58. n. 184. sqq. easque comparant decisionibus præfectorum cum duobus scabinis, dem Ähnlichen Bescheiden, à quibus libere, quandoque placuerit, ad ordinarios provocatur; Besold Conf. 252. n. 2. j. Th. pr. h. v. D. D. Schöpf, Proc. Dic. p. 76. unde nec statim executioni dantur: Majer d. D. §. 26. & pro extrajudicialibus habentur hæc divisiones, Harppr. C. 58. n. 272. nec transferunt adeo dominium, nisi traditione lecta: l. 15. C. fam. ere. nec tollunt actionem F. E. l. 1. l. 15. l. 17. C. h. l. Schneidev. ad §. 20. §. de alt. num. 16. Sed habent tamen publicam fidem: Nov. W. 13. §. 3. n. 1. D. D. Schved. de rem. l. 3. C. comm. ur. jud. p. 8. Neque etiam deneganda videtur ea ipsorum sententiis autoritas, quam illis adjuncto sibi præfecto cum duobus forsitan scabinis tribuunt: conf. Laut. D. de test. judic. §. 16. modo ordinem judiciorum observent; D. D. Schved. d. l. Harppr. C. N. 58. n. 190. maxime, si summa fuerit modica. E. N. P. 1. l. 8. **Wo in den Städten.** aut si consensu partium sententiam ut arbitri compromissarii dixerint. Lauterb. Ex. 20. concl. 9. Harppr. C. 58. n. 270. Eslingæ autem transeunt in rem judicatam, & à judiciis pupillaribus quoque rite appellandum est.

## § XXV.

Sententiæ arbitratorum olim provocatione ad prætorem, l. 1. pr. l. 3. ff. quis à quo app. vel postea etiam ad consulares viros, Suet. in Octavio. c. 33. deinceps ad senatum Suet. in Ner. c. 17. paulo post ad præfectum urbi Tac. L. 14. Ann. c. 28. denique ad principem, l. 19. C. de appell. l. 11. C. Th. de his, qui per met. jud. non app. solis præfectorum prætorio sententiis exceptis; d. l. 19. l. un. ff. de off. præf. non app. judicumque pedaneorum Justiniani arbitria appellatione administratorum Cæsaris N. 82. c. 4. rescindebantur. Germanorum vero antiquissimi à principibus pagorum ad concilium; Tac. de M. G. c. 12. ac sub Francis Imp. à missis, centenariis, vicariis Duphresne Gl. ff. h. v. ad comites seu judices pagorum, ab his ad regem ejusque missos provocabant; Gregor. Turon. L. 7. c. 23. Spener J. P. L. 2. c. 20. §. 1. c. 2. A constitutis autem de-

ac  
dominii  
translatio,  
&  
actionis F. E.  
abolitio.  
J. G.

In  
judiciis ar-  
tem pupilla-  
ribus aucto-  
ritatem rei  
judicatæ sen-  
tentia hæc  
habet; unde  
concediaria

1.  
2.  
3.  
4.

eliciuntur  
&  
declarationes

ac  
limitationes

1.  
2.

3.  
adduntur

XV. Contra-  
riis, ut sunt  
1. appellatio  
R.

Germs.



ceps magistratibus Principes constituentes appellari coeperunt, nunquam fere Imp. Spen. d. l. §. 4. Postmodum autem, restituto iudicio imperiali aulico. institutaque camera imperii, ad hæc iudicia, nisi speciale privilegium obstet, gradatim provocari placuit. O. C. P. 2. t. 28. §. 1. *sqq.* Instr. P. W. art. 5. §. 56. D. D. Schvved. P. Sp. S. t. c. 12. th. 6. c. 13. th. 10. In W. autem quid hæctenus obtineat vid. §. R. P. 1. t. 1. 57. *sqq.* Ord. Jud. Aul. & D. D. Schœpff *tr. de ejus Proc.* Porro etiam restituuntur contra rem in hac quoque causa judicatam minores t. t. C. si *adv. rem jud.* alique; B. D. Majer *de rest. contr. rem jud. th. 2. §. 2.* maxime, si provocatio non detur, l. un. §. 2. ff. *de off. prof. prat.* quod supplicationis remedium vocant. Brunn. *Proc. c. 28. n. 114. sqq.* Et licet quoque summorum tribunalium syndicatum accusare; O. C. P. 3. t. 53. §. 10. D. D. Schvved. d. c. 13. §. 16. aut de nullitate queri; Brunn. n. 108. *sq.* aut ex nostri imperii instituto revisionem, D. Majer D. *de remed. revis.* §. 4. Baratorum moribus reformationem vel reauditionem Voet. t. ff. à *quib. app. non li.* §. 7. *sq.* petere. Ut de Saxonum leuterationibus & oberleuterationibus, Carpz. P. 1. c. 19. & *de Proc. t. 17.* ac catholicorum profestationibus ad pontificem c. 9. c. 30. x. *de app. c. un. x. de cler. peregr. uti* Dd. nihil jam dicamus. A iudicibus autem pupillaribus nude provocatur ad magistratum ordinarium; D. D. Schœpff *d. l. c. 8. §. 16.* eorumque divisiones dolus, qui iudiciales semper vitiat, l. 8. C. *de coll. Voc. t. ff. F. E. §. 36.* non, nisi causam dederit, l. 7. *pr. ff. de dolo*; incidens enim actione vel exceptione purgatur, d. l. 7. *pr. §. 3.* nullas; D. D. Schvveder *ad l. 3. Comm. utr. jud. §. 1.* metus autem restitutioni locum facit, D. D. Schvved. §. 2. Error, si in calculo vel iure erratum fuerit, etiam iudiciales l. 1. §. 1. 2. ff. *qua sent. sine app.* has omnino vitiat, l. 7. *sq. ff. de jur. & fact. ign.* D. D. Schvved. §. 3. *sqq.* Et ob læsionem licet illæ haud rescindantur: l. 36. ff. *fam. ere.* Stryck C. C. §. 3. c. 4. §. 16. hæc tamen Jure civ. etiam etiam ob modicam pro iudicis arbitrio, l. 3. C. *comm. utr. jud.* intra 30. annos D. D. Schvved. §. f. J. W. ob læsionem ultra tertiam Harppr. *Cont. 1. Diff. §. 10.* intra 10. annos §. R. P. 2. t. 14. *pr. ubi Laut. Diff. 22.* retractantur.

§. XXVI.

XVI. Affinibus ut sunt  
 1. petitio  
 Bb. absentis,  
 2.  
 divisio hæredum privata,  
 3.  
 vel testatoris,  
 4.  
 aut vivorum parentum inter liberos,  
 &  
 5.  
 separatio liberorum.

Affinis huic hæreditatis divisioni in primis est petitio possessionis Bb. absentis, moribus magis Teutonicis & generali consuetudini, Carpz. P. 3. c. 15. d. 48. L. 5. *Resp. 83. L. 6. Resp. 63.* quam R. juri l. 29. §. 2. ff. *de don. l. 3. l. 4. C. de postlim. rev. Stryck de S. A. l. D. 8. c. 2. §. 18.* debita; Schilt. *Ex. 15. th. 71.* tum petenda, cum diu abesse cepit, Schilt. *th. 76.* aut memoria ejus deperdita est; Lyncker *V. 1. Cl. 1. Resp. 5. n. 48. sqq.* nec tamen de ejus morte constat; alias enim ipsa hæreditas peti & fam. ere. agi debet. Lynck. n. 17. De divisione ab heredibus privatim; vel à testatore faciendâ vid. Voet. *de fam. ere. c. 2. §. 5.* Deque divisione Bb. à vivis parentibus factâ ex nuda patris scriptura, vel ejus aut liberorum subscriptione, l. f. *& Arb. si modo C. fam. ere. N. 18. c. 17. §. 1. P. 3. t. 5. §. f.* subsistente, modo fraus legitimæ haud fiat; Stryck C. T. c. 10. §. 13. à patre autem pro lubitu revocanda Schilt. *Ex. 38. th. 124.* conf. B. D. D. Harppr. *gem. Diff. de ead. Juris denique que Lubec. separationem liberorum, Befold. v. abgeseonderter Kinder.* qua deinceps ab hæreditate parentum excluduntur liberi, jure quidem civ. irritam Stryck *d. l.* sed nec tamen iniquam esse arbitramur, Mev. *P. 2. t. 2. art. 2. n. 7. sqq.* Et hæc quidem hæctenus, reliquum est, ut DEO O. M. immortales agamus gratias, semperque habeamus, tum pro collatis in nos immerentes inde ab infantia tot tantisque beneficiis, tum pro suffectis nobis viribus non in cæteros tantum academicos labores, sed & hanc opellam, cujus jam est

F I N I S.



155540

ULB Halle

3

005 433 053




10 12


12











B.I.G.

Farbkarte #13

13

Q. F. F. Q. S.  
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
ARBITRIIS FAMILIÆ  
EXERCISCUNDÆ,

Don  
Theilungen;

RECIPUAS EORUNDEM, SECUNDUM JUS  
ROMANUM ET MODERNUM, INPRIMIS WURITEM-  
BERGICUM, DIFFERENTIAS OSTENDENS,

AC  
LECTIORES QUASDAM QUÆSTIONES RESOLVENS.

Quam,  
MODERANTE SUMMO RERUM HUMANARUM ARBITRO,  
ANTE ILLUSTRIS JURECONSULTORUM ORDINE PER-  
ANTIQUÆ HUIUS EBERHARDINÆ,

PRÆSIDE

VIRO PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO  
atque EXCELLENTISSIMO,

NO. MICHAELE GRASSO,  
Pandectarum & Sanctionum Criminalium Professore

publico longe Celeberrimo, Illustris Collegii Assessore Gravif-  
simo, Serenissimi Ducis Wurttembergiæ Consiliario dudum meritissimo,  
HONORARIO AC PRÆCEPTORE SUO OMNI PIETATIS AC  
OBSERVANTIÆ CULTU PROSEQUENDO,

PRO LICENTIA,

honoris in utroque Jure honores ac privilegia Doctoralia rite consequendi,  
d. Maji Anno M DCC XXVIII. 1728  
publico eruditorum examini submittit

AUTOR,

LIPP FRIDERICH JÆGER, Schorndorffensis,  
Universitatis Appellationum Tribunalis Wurttembergici Advocatus.

TYPIS VIDUÆ HIOEI FRANCKII.